


APPARATUS
BREVIS
AD THEOLOGIAM,
ET JUS CANONICUM,

Complectens Indicem Historico-Chronologicum Conciliorum, Paparum, Antipaparum, Patrum, & Scriptorum Ecclesiasticorum, necnon Hæreticorum, & compendiosam Juris Utriusque Prænotionem.

EDITIO SECUNDA VENETA,

CUM APPENDICE

De Textibus, ac Versionibus Sacrarum Scripturarum, De Priscis Decretalium Compilationibus, De Pœnitentialium Canonum Libris, De Præcipuis Sacræ Generalis Historiæ Scriptoribus, De Martyrum, aliorumque SS. Historia, De Liturgicis Antiquiorum Operis, De Auctoribus Ecclesiasticæ tum Geographiæ, tum Chronologiæ.



VENETIIS,
MDCCLX.

EX TYPOGRAPHIA REMONDINIANA,
Superiorum Permissu, ac Privilegio.

LIBELLI

PROŒMIUM.



LONGO jam satis Scholarum uſu compertum nobis eſt, junioribus Theologis, & Canoniſtis, iis maxime qui ad ſtudia illa impigri incumbunt, nihil ita ingratum accidere, quam ut nos in ſcriptis noſtris tam frequenter, & aride ſine uberiori explicatione Concilia, vel Patres appellemus. Illas tamen citationes, quæ ipſa ſunt Sacræ Doctrinæ Medulla reſecari non poſſe ingenue confitentes, optarent ſaltem vel brevem eorum, quæ toties occurrunt, aliquando tradi ſibi notitiam. Ut mihi ſemper vi-

ſum eſt, æquum poſtulant: oporteret enim vel in ipſo Theologiæ & SS. Canonum limine ſcire Candidatos, Conciliorum ſaltem Generalium ætatem & cauſam, quo imperante convocata, quo Præſide celebrata, ubi gentium habita ſint; ſcire quo tempore ſedem conſcenderit hic, vel ille Romanus Pontifex, quandiu tenuerit; noſſe quo ſæculo floruerint præcipui ſaltem Eccleſiæ Doctores vel Scriptores, nec etiam ignorare quoſnam identidem Eccleſiæ Chriſti hoſtes, tenebrarum, & erroris princeps ſuſcitaverit: quo tempore hæreſeon ſuarum virus difundere aggreſſi ſint: quo vel Concilii vel Eccleſiæ diſperſæ Decreto repreſſi, quodve ſinguli Fidei noſtræ caput ſubvertendum ſuſceperint.

His rudioribus ſaltem Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ elementis imbuti Tyrones noſtri, ſacris ſtudiis & jucundiorem & feliciorem navarent operam.

Laborem ergo noſtrum non otioſum fore duximus, ſi hiſtorica fragmenta a Petavio, Spondano, Labbeo, Annato, Morerio, cæteriſque id genus omnimoda eruditione locupletiſſimis mutuata, & collecta in breviori complicantes compendio, brevem ſupradictorum traderemus ſynopſim, quam paucis conſtrictam paginis poſſent pari & voluptate & facilitate ad uſus ſuos transferre Sacræ Doctrinæ alumni. Nec ad illud Opuſculum noſtrum, qualecumque ſit, movit nos tantum prævius hujus utilitatis ſenſus: Eccleſiaſtici etiam Ordinis ho-

nori voluimus consulere. Idlud enim satis indecorum, (quoties tamen contingere videas?) horum studiorum Candidatos in sacra Eruditione peregrinos esse, velutque elingues hiare, si de Concilii alicujus, Pontificis, vel Doctoris ætate fuerint interrogati. Frequentiorem librorum turmam passim exuberare, quin & in dies undequaque erumpere non diffitemur: cogitavimus etiam ea omnia, quæ hic compendiarie tradimus, passim in Conciliorum Summis, Romanorum Pontificum Actis historicis, Dictionariis, aliisque ejusmodi libris dispersa reperiri, sed quam multis, ut hæc evolvant, deest tempus, atque opportunitas? Plerisque nimis curta est nummorum supel-

lex, quam ut poſſit per eos comparari tanta voluminum copia: ſi quas aliunde largiores Bibliothecas uſui publico quorumdam conſecrat munificentia, & paucæ ſunt, & plerumque difficiles adire volentibus, & ſua luxuriante voluminum fertilitate vel obruentes, vel quæque legendi intemperiem provocantes, ſterilitatem pariunt. Poterit forte inopia hæc frequentibus cum Profeſſore colloquiis, & iteratis expoſtulationibus ſuppleri: Verum quot ſunt ex Profeſſoribus, quos ab ipſo ſcholarum exitu alia occupant munia, ad quos proinde difficilis eſt aditus, quibuſque importuna foret confabulatio? aliis tam expedita non ſemper viget factorum memoria, ut extemplo diſci-

pulis plene ſatisfacere valeant.

Sit ergo operæ pretium pauca a ſupradictis auctoribus congeſſiſſe, Theologiæ Candidatis, ut ſperamus; non ita parum profutura, quemadmodum & iis, qui Sacrorum Canonum ſcientiam aggrediuntur.



IN-

INDEX.

APPENDIX,

Et primo

INDEX CONCILIORUM GENERALIUM.

Concilium primum Generale, Nicænum primum ſub Sancto Sylveſtro Papa, Imperatore Conſtantino Magno præſente, anno 325. Adfuerunt 318. Epiſcopi, & præfuit Papa per Legatos ſuos, ſcilicet Oſium Cordubenſem in Hiſpania Epiſcopum, Vitum, & Vincentium Eccleſiæ Romanæ Presbyteros. In eo damnati ſunt Ariani, Quartodecimani, & Meletiani.

Concilium ſecundum Generale, Conſtantinopolitanum primum ſub S. Damaſo Papa, & Theodoſio Imperatore, fuit 150. Epiſcoporum: celebrari cœpit menſe Majo anno 381. & perductum eſt uſque ad finem Julii ejuſdem anni. In eo damnati ſunt Macedoniani Divinitatem Spiritus Sancti impugnantes, confirmata fuit fides Nicæna. & editum Symbolum illud, quod inter Miſſarum ſolemnia cantatur in Eccleſia, quodque vulgo Nicænum appellatur, quia reipſa a Nicæno non diſcrepat,

nisi penes quædam verba Nicæno addita majoris explicationis gratia. Hoc Concilium secundum Generale fuit paucorum Episcoporum ex Oriente tantum: nihilominus habetur ut œcumenicum, quia in omnibus secutum est, quod definitum fuerat paulo ante in Concilio Romano forte an. 381. ad quod Orientales Episcopi convocati fuerant per Literas, quæ Episcopis jam Constantinopoli congregatis redditæ sunt: deinde quæ circa Fidem definiit Concilium Cp. approbata sunt in altero Concilio Romæ celebrato an. 382. unde tria illa Concilia scilicet Romanum an. 381. Cp. an. 381. & Romanum an. 382. haberi debent, ratione consensionis perfectæ, tanquam unum & idem Concilium.

Concilium tertium Generale Ephesi celebratum an. 431. sub S. Celestino I. Papa & Theodosio Juniore Imperatore. Nomine Papæ ei præfuit S. Cyrillus Alexandrinus PC. cum Arcadio & Projecto Episcopis, & Philippo Presbytero. Adfuerunt 200. circiter Episcopi. Definiit contra Nestorium, unicam esse in Christo personam, & B. Mariam esse vere Deiparam.

Concilium quartum Generale Calcedone celebratum ann. 451. 8. Octobris sub Marciano Imperatore, & Sancto

Leo-

Leone I. Papa, cujus nomine præfuerunt Paſchaſinus, & Lucentius Epiſcopi, & Bonifacius Presbyter. Eutiches & Dioſcorus, unicam in Chriſto agnoſcentes naturam, damnati ſunt.

Concilium quintum Generale, Conſtantinopolitanum ſecundum ſub Vigilio Papa, & Juſtiniano Imperatore an. 553. Ei interfuere ſoli Epiſcopi Orientales, num. 165. ſed poſtea a Vigilio Papa, & Occidentalibus fuit approbatum. Actum in illo Concilio de damnatione librorum, & Concilium eodem modo ſe geſſit, eamdemque ſibi tribuit authoritatem, ac ſi de dogmate ipſo definiendo actum fuiſſet. Libri illi a Concilio damnati, ſunt ſcripta Theodori Mopſueſteni, opera Theodoreti contra S. Cyrillum, & Epiſtola Ibæ ad Marim Perſam: tria hæc Scripta vocari ſolent tria Capitula.

Concilium ſextum Generale, Conſtantinopolitanum tertium, ſub Agathone Papa, & Conſtantino Pogonato Imperatore an. 680. Nomine Papæ præfuerunt Theodorus, & Ceorgius Preſbyteri, Joannes Diaconus, & ut ſcribit Anaſtaſius, Conſtantius Subdiaconus. Hinc Concilio interfuerunt 289. Epiſcopi ſecundum Theophanem & Cedrenum; 170, tantum ſecundum Photium,

Re-

Reperiuntur tantum 166. qui ſubſcripſerint in actis Synodi, Actione ultima. Anno 679. 5. Aprilis celebratum fuit Romæ Concilium 125. Epiſcoporum præſide S. Agathone Papa; Ab hoc Concilio miſſi ſunt Legati tres ad Conc. Cp. & in duobus illis Conciliis, quod tanquam unicum ſpectari poſsent, Monothelitæ damnati ſunt, & aſſerta fides duplicis in Chriſto voluntatis. In Concilio autem Cp. nominatim cum Sergio; Pyrrho & aliis nonnullis, damnatus reperitur Honorius Papa. Factum illud multum torquet Theologos, & Hiſtoricos. Plures cum Baronio, Bellarmino, &c. exiſtimant Acta hujus Concilii fuiſſe corrupta a nonnullis Græcis, & eorum fraude inſertum Honorii Papæ nomen; ita etiam opinantur multi Theologi Galli: recentiores vero, ut *D. Fleuri*, *Vitaſſius*, *Juenninus*, & alii, exiſtimant Honorium damnatum quidem fuiſſe tamquam hæreticum *favore & patrocinio*, non *dogmate*.

Concilium ſeptimum Generale, Nicenum ſecundum, 1. Indictum Conſtantinopoli, ſed Nicæam translatum anno 787. celebratum eſt Imperantibus in Oriente Conſtantino, & Irene matre ejus ſub Adriano I. Papa præſidente per Legatos ſuos Petrum Archipresby-

te-

terum Ecclesiæ Romanæ, & Petrum Abbatem S. Sabæ. Interfuerunt 350. vel 360. Episcopi Orientales, qui definierunt usum sacrarum Imaginum retinendum, earumque cultum pium esse & licitum. Impugnata fuit Synodus 7. Gen. a Concilio Francofordiensi, cui præfuerunt Legati Adriani I. Papæ, & cui interfuerunt plusquam 100. Episcopi Occidentales. Hanc utriusque Concilii oppositionem sic explicant Theologi 1. Nondum constabat in multis provinciis Concilii Nicæni secundi œcumenicitas. 2. Patres Francofordienses proscripserunt Concilium Nicænum errore facti, non juris, quia ex parum fideli auctorum illius in Linguam Latinam versione existimaverunt cultum latriæ soli Deo debitum, sacris Imaginibus fuisse redditum a Concilio Nicæno.

Concilium octavum Generale, Constantinopolitanum quartum sub Adriano II. Papa præsidente per Legatos suos Donatum, & Stephanum Episcopos, & Marinum Diaconum, Imperante Cp. Basilio, celebratum fuit anno 869. 5. Octobris usque ad finem Februarii sequentis anni. In eo Concilio, cui adfuerunt 102. Episcopi, S. Ignatius a Photio e Sede Cp. injuste expulsus, restitutus est, & Photius qui Patriarcha-

tum Cp. invaſerat, depoſitus & excommunicatus fuit.

Concilium nonum Generale, Lateranenſe primum, hoc eſt Romæ in Baſilica Lateranenſi celebratum an. 1123. præſente Calixto II. cum 300. Epiſcopis & 600. Abbatibus. Convocatum fuit pro tollenda Sacerdotii, & Imperii diſcordia orta ex uſurpatis a Principibus Laicis Beneficiorum Inveſtituris, & pro ineundo ſacro bello vel in Palæſtina, vel in Hiſpania contre Saracenos.

Concilium decimum Generale, Lateranenſe ſecundum celebratum anno 1139. proxima media quadrageſima, præſente Innocentio II. Papa, & mille circiter Epiſcopis. In eo damnatum fuit ſchiſma Petri Leonis, proſcripti errores Petrobruſianorum, & Arnaldiſtarum, reſtituta Eccleſiæ diſciplina.

Concilium undecimum Generale, Lateranenſe tertium an. 1179. Imperante Frederico I. Præſide Alexandro III. Ei adfuerunt 302. Epiſcopi. Convocatum fuit, ut media ad ſchiſma deinceps vitandum quærerentur, ad reformandos mores ſimonia, uſura, aliiſque vitiis depravatos, ad damnandos errores Valdenſium, & Albigenſium.

Concilium duodecimum Generale, Lateranenſe quartum celebratum ab Innocen-

nocentio III. Præſide, & 412. Epiſcopis pro recuperanda Terra Sancta, reſtauranda Eccleſiæ diſciplina, damnandiſque erroribus Abbatis Joachimi, Doctoris Almarici, & Albigenſium. In eo Concilio datus fuit celeberrimus Canon, *Omnis utriuſque ſexus*, anno 1215.

Concilium decimum tertium Generale, Lugdunenſe primum imperante Frederico II. in Germania, regnante in Gallia S. Ludovico, Præſide Innocentio IV. anno 1245. Ei adfuerunt 140. Epiſcopi. Celebratum fuit contra Fredericum II. Imperatorem, pro decernenda in Turcas expeditione Sancta, & reformandis Cleri, Populique pravis moribus.

Concilium decimum quartum Generale, Lugdunenſe ſecundum, an. 1274. Epiſcoporum 500. Abbatum, & aliorum inferiorum Prælatorum mille, Præſide Gregorio X. Ad Concilium vocatus fuerat S. Thomas Aquinas: ſed dum Lugdunum pergeret, obiit in Monaſterio Foſſæ Novæ 7. Martii anno 1274. S. Bonaventura Cardinalis, & Epiſcopus Albanenſis in ipſo Concilii decurſu etiam obiit 15. Julii ejuſdem anni 1274. Celebratum fuit Concilium in Primatiali Baſilica S. Joannis ad Unionem Græcorum cum Eccleſia Catholica

pro-

procurandam, ad correctionem morum, ad celeriorem quam antea Papæ electionem faciendam, Sede vacante.

Concilium decimum quintum Generale Viennæ in Gallia celebratum anno 1311. Præside Clemente V. præsentibus Episcopis 300. & pluribus Regibus, scilicet Eduardo II. Angliæ, Jacobo II. Aragoniæ, & Philippo Pulchro Rege Galliæ cum tribus filiis suis post ipsum successive regibus, Ludovico X. Philippo V. & Carolo IV. Convocatum fuit ad extinctionem Ordinis Militaris Templariorum publicis, nefandisque criminibus infamium; ad damnationem plurium hæreticorum, nempe Fratricellorum, Dulcinistarum, Beguardorum; ad subsidium Terræ Sanctæ, & ad restitutionem Ecclesiasticæ Disciplinæ.

Concilium decimum sextum Generale Florentinum, Præside Eugenio IV. & præsentibus 141. Episcopis cum Imperatore Joanne Palæologo, & Patriarcha Cp. ac Legatis Alexandrini, Antiocheni, & Jerosolimytani Patriarcharum, incœptum est Ferrariæ anno 1438. ineunte. Primæ sessioni præfuit Cardinalis Albergatus ex ordine Cartusiano Legatus a Latere; secundæ sessioni & aliis præfuit ipse Eugenius IV. Habitæ sunt

16. sess.

16. sessiones Ferrariæ, decima septima incœpit Florentiæ die 26. Febr. anno 1439. Die 6. Julii in Majori Ecclesia Florentina facta est unio utriusque Ecclesiæ, Græcæ & Latinæ, & promulgata est Definitio Fidei, quæ vulgo dicitur: *Decretum Unionis*, in qua declaratur. 1. Spiritum Sanctum a Patre, & Filio unica utriusque Spiratione procedere, vocemque illam *Filioque* licite Simbolo additam fuisse. 2. Christi Corpus valide tam in fermentato, quam in Azimo consecrari. 3. Existere *Purgatorium*, in quo animæ Fidelium in Christi gratia decedentium temporales pœnas luunt, si non plene purgatæ e vita migraverint; easdemque viventium Fidelium suffragiis adjuvari; eorum autem animas, qui nullam post Baptismum culpam contraxerunt, vel contractas maculas condigna pœnitentia eluerunt, sine mora ad claram Dei visionem admitti. 4. Romanum Pontificem esse verum Christi Vicarium, Successorem B. Petri, Caput totius Ecclesiæ, Patrem & Doctorem omnium Christianorum, cui in B. Petro pascendi, regendi, ac gubernandi universalem Ecclesiam plena potestas a Christo data est, quemadmodum etiam in gestis OEcumenicorum Conciliorum, ac in sacris Canonibus continetur.

Post

Post Græcorum abscessum, relicti sunt Florentiæ aliqui Cardinales cum Episcopis nonnullis, & Presbyteris vere doctis, a quibus Apocrisiarii Patriarchæ Armeniorum instructi sunt, & in sinum Ecclesiæ Catholicæ recepti ab Eugenio, qui sæpe cum ipsis de hac sancta unione contulerat. Sub quodam brevi compendio (quod semper in scolis citatur sub nomine *Decreti Eugenii ad Armenos*) tradidit Armenis Orthodoxas Veritates. Vide Indicem Patrum V. *Decretum*.

Digressis Florentia Armenis, advenere Jacobini, & Jacobitæ anno 1441. quos plenius instructus ad Romanæ Fidei unionem idem Eugenius adscivit; Anno 1442. Concilio jam Romam translato ad Lateranensem Ædem, advenere Romam Legati Æthiopum, seu Abissinorum Regis unionem cum Ecclesia Romana suppliciter rogaturi.

Concilium decimum septimum Generale, Lateranense quintum, celebratum fuit a die 10. Maii an. 1512. Quatuor primis sessionibus præfuit Julius II. Papa. Quintæ Raphael Cardinalis Ostiensis, Julio lethali ægritudine decumbente, septem ceteris sessionibus præfuit Leo X. recens electus. Interfuerunt Concilio Episcopi 114. Cardinales 18. Patriarchæ Alexandrinus, & Antiochenus

nus

nus non Orientales, sed Titulares, cum Aquilejensi; plurimi Abbates, Doctores &c. Finem habuit 1517. Coactum fuit ad schisma extinguendum, disciplinam instaurandam, Principum sanciendam concordiam, & suscipiendam adversus Turcas expeditionem. Bellarminus omnino habet hoc Concilium, ut œcumenicum: At Doujat Prænot. Can. l. 2. c. 7. Nec apud nos, inquit, (in Gallia) usquequaque probantur hujus Concilii acta. Ab hoc Concilio reprobata sunt Pisani Conventus Acta, & Pragmatica Sanctio, quæ per id temporis in Concordatorum Tabulas, multis immutatis, est translata: Cardinalium, qui Pisano Conventui interfuerant, nonnulli veniam poscentes restituti: Vetutitum ne in Philosophicis Scholis de Mundi æternitate, aut mortalitate, & unitate animæ humanæ contraria Fidei Christianæ dogmata traderentur: Num ab hoc Concilio Later. V. reprobatum sit Concilium Constantiense, quantum ad primas sessiones de Potestate Papæ & Concilii, an Constantiense exponi rite possit, & utrumque Concilium componi, non est nostri Instituti disputare.

Concilium decimum octavum Generale, Tridentinum, indictum & cœptum sub Paulo III, an. 1545., continuatum

sub

ſub Julio III. anno 1551., diu interruptum, tandem ſub Pio IV. anno 1563. feliciter terminatum eſt cura, & laboribus S. Caroli Borromæi, Pii IV. Nepotis: Pluries per 18. annos variis temporum injuriis intermiſſum fuerat. In eo confirmata Fides contra Lutheri, Calvini, ac plurium aliorum errores, & reſtituta Eccleſiæ diſciplina plurimum bellis & hæreſibus labefactata. Habitæ ſunt in eo Seſſiones 25. præſidentibus ſemper Apoſtolicæ Sedis Legatis, & editi 127. Canones. Subſcriptum a Patribus 255. quorum 196. Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi. Hoc Concilium ſummo eſt apud Catholicos in pretio, ſed valde diſplicuit Hæreticis, & Hæreticorum amicis, in primis Fra-Paolo, qui Hiſtoriam Concilii Tridentini mendaciis refertam jamdudum compoſuit; hanc ex profeſſo, & ſolide confutavit Cardinalis Pallavicinus, ex Actis Concilii in Bibliotheca Vaticana, & arce S. Angeli conſervatis, & ipſi communicatis juſſu Alexandri VII. Fra-Paoli mendacia, & in Concilium Tridentinum convicia renovavit, & antiquis nova addidit Franciſcus Le Courayer, antea Cononicus Regularis, & Bibliothecæ Sanctæ Genoveſæ Pariſienſis Præfectus, deinde Apoſta-

ta,

ta, & Doctor Oxfordienſis in Anglia.

Legenda doctiſſima Inſtructio Paſtoralis, quam an. 1738. edidit D. Petrus de Guerin de Tencin, tunc Archiep. Ebrodunenſis, modo S. R. E. Card. & Arch. Lugdunenſis in condemnationem libri, cui Titulus: *Hiſtoire du Concile de Trente ecrite en Italien par Fra Paolo Sarpi &c.*



INDEX CONCILIORUM,

Quæ non ab omnibus omnino approbata sunt.

AD hanc Claſſem revocari poſſunt 1. Sardicenſe. 2. Quiniſextum, ſeu Trullanum, 3. Piſanum. 4. Conſtantienſe, 5. Baſileenſe.

I. Sardicenſe (*Sardica*,) anno 347. a Julio Papa I. indictum. Ei præfuit per Legatos: 370. adfuere Epiſcopi partim Occidentales, partim Orientales; hi a prioribus ſeparaverunt ſe, & Conciliabulum habuerunt Philippopoli in Thracia. Interea Occidentales Sancti Athanaſii innocentiam declararunt, Fidem Nicænam confirmatunt, Canones circa Eccleſiaſticam diſciplinam 20. condiderunt, juſque appellandi ad Romanum Pontificem confirmarunt. Huic Concilio præſentes fuerunt S. Athanaſius, & Oſius Cordubenſis Epiſcopus. Sardicenſe veluti quædam Nicæni Appendix, in veteribus nonnullis Codicibus cum ejus Canonibus conjungitur, adeo ut ejus Canones 21. tempore Zoſimi, & Bonifacii Romanorum Pontificum in Eccleſia Romana pro Nicænis habiti,

locum fecerint Controverſiæ in Eccleſiæ Africana de numero Nicænorum Canonum. Erroris occaſio, aut confuſionis fuit, tum quod in eo confirmata fuerit Fides Nicæna, tum quod huic Concilio plerique Nicænorum Patrum interfuerint. Cum autem ii, qui receſſerant, Ariani Philippopoli in vicina Thracia concinnaverint Arianam Formulam ſub nomine Concilii Sardicenſis, hinc confuſo in unum utroque Conventu, S. Auguſtino, aliiſque Patribus non uſque adeo probatum fuit Sardicenſe Concilium.

II. Conſtantinopolitanum Trullanum ſic nuncupatum, quod in Secretario Palatii habitum ſit, quod ob faſtigium concameratum Trulli, ſeu Trullæ nomine appellabatur. Dicitur Quiniſexta Synodus, quod quintæ & ſextæ veʼut Appendix eo colore coacta ſit, quod quinta & ſexta œcumenicæ Synodi nullos Canones edidiſſent de Diſciplina. Indicta eſt anno 688., ut probant Bellarminus, & Natalis Alexander, ab Imperatore Juſtiniano Juniore: Canones edidit 102. non receptos a Sergio, aliiſque Romanis Pontificibus, nec a Patriarchis Orientalibus, ſi Conſtantinopolitanum excipias, teſte Anaſtaſio Bibliothecario, eo quia non pauca cum Eccleſiæ Occidentalis moribus pugnan-

tia continerent. Adſuere Epiſcopi ſupra 200.

III. Piſanum anno 1409. ad abolendum Schiſma indictum fuit a Cardinalibus obedientiæ Gregorii XII. & Benedicti XIII., qui de Papatu contendebant. Utroque poſt citationem exauctorato, electus ab utriuſque partis Cardinalibus Alexander V., qui ſi fuiſſet Pontifex certo illegitimus Alexander VI. non ſextum, ſed quintum ſe appellare debuiſſet. Adfuere præter Cardinales etiam Epiſcopi ſupra 300. S. Antoninus legitimum Concilium negat: Natalis Alexander defendit.

IV. Conſtantienſe convocatum a Joanne XXIII. anno 1413. 9. Decembris. Celebrari cœpit 16. Novembris 1414. finem habuit 22. Aprilis 1418. ſub Martino V. cujus electio facta eſt in ipſo Concilio, 41. ſeſſione, 11. Novembris 1417. poſt depoſitum Joannem XXIII. ſeſſione 12. 29. Maji an. 1415. poſt ceſſionem factam a Gregorio XII. ſeſſione 14. 4. Julii ejuſdem anni, poſt depoſitum Benedictum XIII. ſeſſione 37. Julii 26. anni 1417. In eo Concilio damnati fuerunt *in globo* 45. Articuli Joannis Wicleffi jam a pluribus annis defuncti, & 30. Articuli Joannis Hus, qui traditus ſæculari poteſtati vivus exu-

exuſtus eſt : idem accidit Hieronymo de Praga in ejuratam ſeſſione 19. 25. Septembris 1415. hæreſim relapſo ſeſſione 21. anno 1416. Martinus V. ultimis ſeſſionibus, id eſt 42. 43. 44. & 45. præfuit. Adfuerunt Epiſcopi amplius 300. Hujus Concilii decreta legitimo Conciliorum more conſtituta approbavit Martinus V. ſed Decretum in prioribus ſeſſionibus de Concilii Generalis immediata a Chriſto auctoritate, cui parere ipſi Pontifices teneantur, quemadmodum & Decretum de Conciliis Univerſalibus per ſingula Decennia celebrandis probaverunt nunquam Romani Pontifices. Illud ad caſum ſchiſmatis, & dubios Pontifices contrahit Turrecremata, & alii communius. Gallorum alia eſt ſententia, quantum ad illa decreta.

V. Baſileenſe, ab omnibus indictione, ſeu convocatione Œcumenicum, exitu autem Schiſmaticum agnoſcitur; ſed quouſque ejus duraverit œcumenicitas, grandis eſt inter Theologos controverſia. D. Tournely 16. primas tantum ſeſſiones admittit, cœteras rejicit, alii œcumenicum cenſent uſque ad vigeſimam quintam ſeſſionem; alii etiam inter Gallos illegitimum ſtatim fuiſſe exiſtimant, ex quo ſcilicet, inquit Ca-

baſſutius in ſua Notitia Eccleſiaſtica, ſibi ſupra Pontificem Romanum authoritatem indebitam arrogavit. Hujus loci non eſt tantas componere lites; brevem tantum teximus hiſtoriam Concilii Baſileenſis.

Indictum fuit a Martino V. anno 1430. ad comprimendas Bohemorum ſeditiones, & hæreſes, & fidelium mores reformandos. Inchoatum 14. Decembris 1431. defuncto jam Martino, cui ſucceſſerat Eugenius IV. a quo indictio confirmata eſt. Huic præfuit Julianus Cardinalis, Legatus Apoſtolicus.

Poſt primam Seſſionem Eugenius IV. Concilium Bononiam tranſtulit. 1. Quia pauciſſimi admodum convenerant Baſileam Epiſcopi, etiam poſt elapſos plures a præfixo termino menſes; 2. Quia ſuborta inter Auſtriæ, & Burgundiæ Duces bella Urbem Baſileenſem minus tutam reddebant; 3. Quia Græci, quorum unio cum Eccleſia Latina valde optabatur, locum poſtulabant commodiorem, & oris maritimis viciniorem; 4. Quia, (ut modo diximus ex Cabaſsutio) Patres Baſileenſes ſupra Eugenium Legitimum Pontificem jus ſibi indebitum uſurpabant.

Huic translationi obſtitit Concilium Baſileenſe, & ſequentibus Seſſionibus

uſque

usque ad decimam sextam, Eugenii depositionem meditati sunt Patres. Sessione decima sexta Eugenius pro bono pacis Concilii dissolutionem revocat. Decima septima vices suas committit Cardinali Juliano, ut nomine suo cum quatuor aliis Concilio præsideat, & certas præscribit leges, & conditiones, quibus parere recusarunt Basileenses. Hinc nova bella. Iterum dissolvit Concilium Eugenius, qui tandem a Papatu injuste deponitur sessione 39. In ejus locum eligitur, & coronatur Amadæus a Sabaudia, appellatus Felix V. Antipapa trigesimus octavus. Vide Indicem Antipaparum. Decreta sive Canones Concilii Basileensis numerantur 33. Sessiones 45.; in quibus suffragiorum, non per singulos Episcopos, sed Nationes habita ratio est.

„ *Quia corde creditur ad justitiam,*
„ *ore autem confessio sit ad salutem,*
„ *sicut sancti Evangelii quatuor Libros, sic quatuor Concilia suscipere, & venerari me fateor: Nicænum scilicet .... Constantinopolitanum .... Ephesinum .... Chalcedonense ...... quia in his velut in quadrato lapide sanctæ Fidei structura consurgit ...... quintum quoque Concilium pariter veneror ... cunctas*

 „ *vero*

„ *vero quas præfata Concilia perso-*
„ *nas respuunt, respuo; quas vene-*
„ *rantur, amplector: quia dum uni-*
„ *versali sunt consensu constituta, se*
„ *& non illa destruit, quisquis præ-*
„ *sumit aut solvere, quos ligant, aut*
„ *religare, quos solvunt. Quisquis er-*
„ *go aliud sapit, Anathema sit; &c.*
Sanctus Gregorius Magnus Libro primo Epistolarum Epistola 24. Obiit sanctissimus ille Pontifex anno 604. quo tempore quinque tantum Concilia Œcumenica celebrata fuerant.

INDEX

CONCILIORUM PARTICULARIUM

ALPHABETICUS.

Conciliorum Particularium nomine hic intelligimus ea, quæ Conciliorum OEcumenicorum nomen & authoritatem non habent. Ne in volumen immensum excrescat hoc Opus, indicabimus duntaxat pauca, quorum mentio frequentior est. Nemo in hisce studiis versatus ignorare potest, quam difficile sit veram, & accuratam Conciliorum omnium Chronologiam texere; sua cuique arridet. Nos Labbæo, aut Harduino in omnibus fere adhæsimus.

CON-

CONCILIA
PARTICULARIA.

A

ABrincenſe (*Gallice d' Auranches en Normandie,*) anno 1172.

Adrumetinum in Africa anno 394.

Adrumetum, nunc Hamametha in regno Tunetano.

Africana Concilia multa variis temporibus ſunt celebrata. I. anno 215. II. anno 255. III. anno 256. IV. anno 399. V anno 401. VI. eodem anno. VII. an. 403. VIII. anno 404. IX. anno 405. X. anno 407. XI. anno 408. XII. an. 409. XIII. anno 410. XIV. anno 411. XV. anno 418. XVI. anno 419. XVII. an. 424. XVIII. anno 534.

Agathenſe *in Occitania* (*d' Agde*) anno 506.

Agaunenſia Concilia duo. I. anno 515. II. anno 888. (Agraunum Gallice, *l' Abbaye de ſaint Maurice en Velais ad Rhodanum.*)

Albigæ (Albi in Occitania *Languedoc*) tria. I. anno 1176. II. an. 1228. III. anno 1254.

Alexandriæ in Ægypto duodecim celebra-

lebrata ſunt, I. anno 315. II. an. 319. III. anno 339. IV. anno 362. V. anno 363. VI. anno 399. VII. an. 430. VIII. anno, 449. IX. anno 451. X. an. 459. XI. anno 476. XII. anno 633.

Ancyranum, quod & Ancyritanum & Ancyrenſe, vel Anquirenſe in Pontica (*d'Ancira*) anno 314.

Andegavenſia (*Angers*,) tria. I. an. 463. II. anno 1269. III. anno 1448.

Anglicum a Dunſtano Cantuarienſi habitum anno 969. Anglicum Generale ſive Londinenſe, Præſide Lanfranco anno 1075. Anglicum S. Anſelmi, ſeu Londinenſe 1102. Aliud ſub Alberico Legato Pontificio 1138.

Antiochena novem. I. anno 261. II. anno 270. III. anno 341. IV. an. 344. V. anno 360. VI. anno 377. VII. an. 432. VIII. anno 476. IX. anno 1142. Quædam alia celebrata ſunt Antiochiæ Concilia ab Arianis, annis ſcilicet 329. 355. & 357. In Caria urbs eſt etiam Antiochia vocata, in qua Ariani anno 367. & Macedoniani celebraverunt Concilia.

Aquiſgranenſia (*Gall. d'Aix la Chapelle*) decem. I. an. 788. II. an. 799. III. anno 802. IV. anno 809. V. anno 816. VI. an. 817. VII. an. 836. VIII. anno 860. IX. anno 862. X. an. 1022.

Arauſicana (*d'Orange*,) tria. I. an.

441.

441. II. anno 529. III. anno 1228. Secundum Concilium Arausicanum, cui adfuerunt tantum Episcopi 13. præside S. Cæsario Arelatensi, est maximæ in Ecclesia authoritatis; de Gratia & libero arbitrio condidit Canones 25. confirmatos a Bonifacio II. Rom. Pontifice.

Arelatensia (*d' Arles*,) decem. I. an. 314. II. anno 353. Arianorum. III. anno 452. IV. anno 455. V. anno 475. VI. anno 524. VII. anno 554. VIII. an. 813. IX. anno 1282. X. anno 1285. Arelatense primum celeberrimum est, a Constantino Magno convocatum contra Donatistas: huic per Legatos præfuit S. Sylvester, & adfuerunt 200. Episcopi, juxta Annatum & plures alios cum Pagi; 600. juxta Adonem; juxta D. Fleuri triginta tres circiter. Multi Critici existimant hoc fuisse Concilium illud Plenarium, de quo tam sæpe S. Augustinus loquitur contra Donatistas scribens.

Ariminense (*Italice di Rimini, Città della Romagna*) anno 359. celebratum est sub Liberio Papa: huic adfuerunt 400. circiter Episcopi, quorum major pars Fidem Nicænam generose confirmaverat; verum postea fraudibus Arianorum, minisque Imperatoris Constantii tandem lapsi sunt: lapsum hunc

ab hæresi excusant DD. Tillemont, Vitasse, & Patres Juenin, & Alexander, non invisa multis nomina. Cum factum hoc historicum ab hæreticis objectum semper fuerit adversus Ecclesiæ infallibilitatem, in eo Theologi Catholici explicando toti fuerunt, nec sine fructu abiit eorum labor: summa responsionis est. 1. Patribus Concili Ariminensis fortiter obstitit Liberius Papa. 2. Licet multi lapsi sint, tamen tunc temporis tantus erat Episcoporum in Ecclesia Catholica numerus, ut 300. aut 400. Episcopi nonam, vel decimam tantum partem facerent. 3. Formula cui subscripserunt, non erat in proprio verborum sensu Hæretica, sed malitia Arianorum paulo post dissolutionem Concilii ad Arianum sensum detorta est, quod admirationem, & indignationem in Episcopis accusatis excitavit; unde brevi Fidem Nicænam generosius defenderunt, & lapsus sui pœnitentiam agentes in sedibus suis confirmati sunt.

Asiaticum circa annum 197. sub Victore I. contra Asiaticos Quartodecimanos.

Augustodunensia, sive Æduensia (Gall. *d' Autun en Bourgogne*,) quinque I. anno 670. II. anno 1055. III. an. 1072. IV. anno 1077. V, anno 1094.

Au-

Aurelianensia (*d' Orleans*) undecim. I. anno 511. II. anno 533. III. anno 538. IV. anno 541. V. anno 549. VI. anno 645 VII. anno 766. VIII. anno 1022. IX. anno 1029. X. anno 1127 XI. anno 1411.

Antissiodorensia (*d' Auxerre*), duo I. circa annum 578. II. anno 1147.

Auxitana, seu Auscensia (Gall. *Ausch en Gascogne*) quatuor. I. an. 1068. II. anno 1279. III. anno 1300. IV. an. 1308. ex Harduino.

B

Barcinonensia (Italice *di Barcellona Capitale di Catalogna,*) quatuor. I. anno 540. circiter. II. anno 579 III. anno 599. IV. anno 1064.

Basileensia (Italice *di Basilea ne' Svizzeri*) duo. I. anno 1061. II. anno 1431. Vide Indicem Conciliorum Generalium.

Bellovacensia (Gall. *de Beauvais, en Picardie,*) quinque. I. an. 845. II. anno 1114. III. anno 1120. anno 1124. V. anno 1161.

Beneventana quinque. I. an. 1087. II. anno 1091. III. an. 1108. IV. an. 1113. V. anno 1567 *Plura recentiora sub Card. Ursino, qui fuit Bened. XIII.*

Biterrensia (Gall. *de Beziers, in Occitania*) quatuor, I. anno 356. (ab eo S. Hilarius Pictaviensis Episcopus dolo & fraude Arianorum in Phrygiam relegatus est.) II. anno 1209. III. anno 1233. IV. anno 1246.

Bituricensia (*de Bourges*) duodecim. I. an. 767. II. an. 841. III. an. 1031. IV. an. 1145. V. an. 1215. VI. an. 1225. VII. an. 1228. VIII. an. 1276. IX. an. 1286. X. an. 1438. XI. an. 1440. pro Pragmatica Sanctione. XII. an. 1584.

Bracarensia (*Braga in Lusitania*) tria. I. quod Labbæo est II. anno 563. præter Anathematismos semptemdecim adversus Priscillianistas, aliosque hæreticos, edidit 22. Canones circa disciplinam. II. aliis tertium a Martino Bracarensi Episcopo anno 572. edidit Canones 8. Ex hoc Concilio videtur Martinus misisse Canones 84. ex Orientalibus præsertim Synodis collectos, ad Concilium Lucense II. eodem tempore in Gallæcia congregatum, qui Canones a Collectoribus tamquam Martini Papæ sæpe laudantur; unde erroris occasio iis, qui Concilium Romanum, sive Lateranense sub Martino Papa contra Monothelitas cum hac Collectione confundunt. III. aliis quartum anno 675.

Burdegalensia (Gall. *de Bourdeaux,*

Ca-

Capitale de la Guienne,) octo. I. anno 385. II. circa annum 1075. III. an. 1093. IV. anno 1098. V. ſub Alexandro quarto. VI. anno 1263. VII. anno 1588. VIII, anno 1624.

C

CÆſarauguſtanum in Hiſpania (*Saragozza*) anno 592. adverſus Priſcillianiſtas Gnoſticorum Sobolem.

Cabilonenſia (*de Chalons ad Ararim*) tredecim. I. circa annum 475. II. anno 579. III. anno 589. IV. anno 603. V. anno 650. circiter. VI. anno 813. VII. anno 839. VIII. anno 873. IX. anno 886. X. anno 894. XI. anno 915. XII. anno 1063. XIII. anno 1073.

Carnotenſia (Gall. *de Chartres en Beauce*,) duo. I. anno 1124. II. anno 1146.

Catalaunenſe (Gall. *de Chalons ad Mahronam Fluv.*,) anno 1115.

Caſſellanum, ſive Caſſilienſe (*Caſſel in Irlanda*) anno 1172.

Clarmontenſia, ſeu Arverna (Gall. *de Clermont en Auvergne*.) octo. I. anno 535. II. anno 549. III. anno 588. IV. anno 1075. V. anno 1095. VI. an. 1124. VII. anno 1130. VIII. anno 1161.

Colonienſia quatuordecim. I. anno 782. II. anno 870. III. anno 887. IV.

an-

anno 1056. V. anno 1115. & 1116. VI. anno 1118. VII. anno 1225. VIII. anno 1260. IX. anno 1310. X. anno 1452. XI. anno 1470. XII. anno 1491 XIII. anno 1536. XIV. anno 1549.

Compendiensia (*de Compiegne, Diocese de Soissons,*) octo. I. anno 757 II. anno 833. III. anno 1085. IV. anno 1201. V. anno 1277 VI. anno 1300. & 1301. VII. anno 1304. VIII. anno 1329.

Constantiensia duo. I. anno 1094. II. anno 1414. Vide Indicem Conciliorum Generalium.

D

Apud S. DIonysium (*duabus leucis Parisiis distat*) quatuor. I. anno 834. II. circa annum 995. III. anno 1053. IV. anno 1223.

Duziacensia (Gall. *Douzi du Diocese de Rheims*, duo. I. anno 871. II. anno 874.

E

EBredunensia (Gall. *Elbrum* ,) duo I. anno 1290. II. anno 1374.

Iberitanum , sive Elibertinum, vel Eliberinum in Hispania (*Eliberi, seu Elvira, juxta Granatam*) an. 305. nempe 20. annis ante Nycænam Synodum, Canones condidit 81. de lapsis, & Disciplina Ecclesiastica.

Eme-

Emeritense in Hispania (*Merida* anno *666*. condidit Can. 23 approbatumque fuit ab Innocentio III. in Epistola ad Petrum Compostellanum.

Engolismensia (*Angouleme*) duo. I. anno 1118. II. anno 1170.

Epaonense (Gall. *d' Epone*,) sic appellatur, quia, inquit Labbæus, hactenus detegi non potuit locus in quo celebratum est. Existimat eruditus Author Concilium Epaonense esse Concilium (*d' Jenne*) ad Rhodanum inter Belley, Chamberi & Vienne, an. 517.

F

FLoriacensia (*Fleuri*, *ubi est Abbatia S. Benedicti ad Ligerim*, duo I. anno 1107. II. anno 1110.

Forojuliense (*Forumjulii Cividal del Friuli*) a Paulino Aquilejensi Patriarcha congregatum an. 791. Addunt alii Forojuliense an. 1409. (Forum Julii *Frejus di Provenza*.)

Francofordiensia (*Francfort ad Mænum in Diœcesi Moguntina*) tria. I. anno 794 sub Adriano I. qui ei præfuit per Legatos. Cultum Sacrarum Imaginum, non quemlibet, sed eum qui Latriæ dicitur, damnavit; crediditque ex infida versione Actorum Concilii Nicæ-

ni

ni II. cujus œcumenicitas nondum in Galliis constabat, Græcos Imaginibus adorationem perinde ac SS. Trinitati impendere voluisse. II. an. 1006. III. an. 1024.

G

GAngrense in Pontica Diœcesi (*di Gangra*) circa an. 324. adversus Eustathium, & Sectatores, qui nuptias criminabantur, Ecclesias contemnebant; ejus Canones 20. numerantur a Latinis, 21. a Græcis.

Genevense, (*Ginevra*,) an 773.

Gentiliacense (*Gentilli prope Parisios*,) anno 767.

Gerundense in Hispania (*Girona*) anno 517.

H

HIbernica jam a S. Leonis temporibus sæculo V. congregari cœpisse feruntur Concilia per S. Patricium Ep. sed hæc minus nota, ac certa. Celebratur Concilium an. 1151. in Abbatia Mellifontis a Christiano Ep. Lismorensi totius Hiberniæ Legato, & Joanne Paparone Cardinali habitum, in quo Regum, ac Ducum consensu quatuor in ea Insula instituti Archiepiscopatus.

Hierosolymitana plura memorantur

; sub

ſub S. Petro, de quibus in Actis Apoſtolorum. Duodecim variis temporibus. I. anno 197. circiter. II. anno 350. III. anno 454. IV. anno 518. V. anno 536. VI. anno 553. VII. an. 633. VIII. anno 726. IX. anno 1099. X. anno 1107. XI. anno 1111. XII. an. 1142.

Hiſpalenſia in Hiſpania (*Siviglia*) duo. I. anno 590. II. anno 619.

I

ILerdenſe in Hiſpania (*Lerida*) anno 524.

L

LAodicenum (a Laodicea nunc *Laudichia* in Phrygia) ex 32. Ep. Aſianæ Diœceſeos: De Diſciplina edidit Canones 59.: Græci numerant 60. Duæ hujus Concilii ſunt verſiones Arabicæ in Regia Bibliotheca: In quarum altera, quæ *Translata* dicitur, cum Canonicis numerantur libri *Judith*, *Maccabæorum*, *Tobiæ*, *Sapientiæ*, *Eccleſiaſtici*, quos in dubium revocant Proteſtantes. Ita ex D. Claudio Capellano Doc. Sorbon. teſtatur Doujat Prænot. l. 2. c. 10. *Baronius* & *Binius* ante Syn. Nicænam, alii ad Liberii tempora ſub an. 364. referunt.

Lau-

Laudunensia (Gall. *de Laon en Picardie,*) duo. I. anno 948. II. anno 1231.

Lauriacense (Gall. *Lorris au Dioccse d' Angers,*) anno 843.

Lemovicensia (*Limoges,*) duo. I. anno 1029. II. anno 1031.

Leodiense (*Liegi ad Mosam*) an. 1081.

Lingonensia (*Langres,*) duo. I. anno 859. II. anno 1080.

Lugdunensia (*Lyon,*). tredecim. I. anno 185. II. anno 197. III. anno 475. IV. anno 517. V. anno 567. VI. anno 581. VII. anno 583. VIII. anno 829. IX. anno 1055. X. anno 1080. XI. anno. 1245. Gen. XII. anno 1274. Gen. XIII. anno 1449.

M

MAtisconensia) *de Macon ad Ararim. Fl.*) quatuor. I. anno 581. II. anno 585. III. anno 624. aut 626. IV. anno 1286.

Mechliniensia (*Malines*) duo. I. anno 1570. II. anno 1607.

Mediolanensia sexdecim. I. an. 344. II. anno 347. III. anno 350. IV. anno 355. Arianorum. V. anno 390. VI. anno 451. VII. anno 679. VIII. anno 1061. IX. anno 1287. X. anno 1291. XI. an. 1565. XII. an. 1569. XIII. anno 1573. XIV. anno 1576. XV. an. 1579. XVI. anno

anno 1582. ſex poſteriora habita ſunt præſide S. Carolo Borromæo, qui undecim SynodosDiœceſanas etiam celebravit.

Meldenſia (*Meaux*) tria. I. anno 845. II. anno 1080. III. anno 1082.

Metenſia (Gall. *de Mets en Lorraine*,) octo. I. anno 590. II. anno 753. III. anno 835. IV. anno 859. V. anno 863. VI. anno 869. VII. an. 888. VIII. anno 1272.

Milevitanum (*Milevi Numidiæ Urbe*) ex PP. 61. contra Pelagianos an. 416. quos, eorum cauſa diſcuſſa, detulerunt ad Innocentium I. Nullos in hoc Concilio Canones editos contra Pelagianos conſentiunt jam fere Eruditiores, ait *Nat. Alex. Sæc. V. cap.* 3. quemadmodum nec in Carthaginienſi ſub Aurelio antea, ſed eodem an. 416. celebrato.

Moguntina viginti tria. I. anno 813. II. anno 829. III. anno 847. IV. anno 848. V. anno 852. VI. anno 857. VII. anno 888. VIII. anno 1023. IX. anno 1049. X. anno 1069. XI. anno 1071. XII. anno 1075. XIII. anno 1085. XIV. anno 1105. XV. anno 1131. XVI. an. 1261. XVII. anno 1310. XVIII. anno 1327. XIX. anno 1420. XX. an. 1423. XXI. anno 1439. XXII. anno 1441. XXIII. anno 1549.

Moſomenſia (*Mouſon* in Diœceſi Rhemen-

mensi) duo. I. anno 948. II. an. 995.

Murittense (*de Moret*) anno 850.

N

NAnnetensia (Gall. *de Nantes en Bretagne,*) quinque. I. an. circiter 658. II. anno circiter 890. III. anno 1127. IV. circa annum 1145. V. anno 1264.

Narbonensia (*Narbonne*) novem. I. circa annum 252. II. an. 599. III. an. 788. IV. anno 940. V. anno 994. VI. anno 1226. VII. anno 1235. VIII. an. 1551. IX. anno 1609.

Nemausensia (*Nimes,*) quatuor. I. anno 389. II. anno 886. III. an. 897. IV. anno 1096.

Neocæsariense (*Neocæsarea est Metropolis Ponti Polemoniaci, Turcis nunc Nichsar*) paulo post Ancyranum, & ante Nicænum an. 314. vel 315. congregatum, cui cum 16. Episcopis interfuit Basilius Amaseæ Episcopus an. seq. sub Licinio passus. Extant hujus Conc. Canones 14. Græcis 15. decimotertio, ut solet, in duos diviso.

Nivernense (*Nevers ad Ligerim*) anno 763.

Noviodunensia, seu Noviomensia; (Gall. *de Noyon en Picardie,*) quatuor

I. an-

I. anno 814 II. anno 1017. III. anno 1271. IV. anno 1344.

P

PArisiensia triginta sex. I. an. 362. II. anno 555. circiter. III. an. 557. IV. anno 575. V. anno 577. VI. anno 614. VII. anno 824. VIII. anno 829. IX. anno 847. X. anno 849. XI. anno 1050. XII. anno 1073. XIII. an. 1092. XIV. anno 1145. XV. an. 1147. XVI. anno 1179. XVII. anno 1186. XVIII. anno 1187. XIX. anno 1196. XX. anno 1201. XXI. an. 1210. XXII. anno 1212. XXIII. anno 1223. XXIV. anno 1225. XXV anno 1284. XXVI. anno 1290. XXVII. an 1310. XXVIII. anno 1314. XXIX. an. 1323. XXX. an. 1329. XXXI. anno 1379. XXXII. an. 1394. XXXIII. anno 1398. XXXIV. an. 1428. XXXV. an. 1528. XXXVI. an. 1640.

Pictaviensia (*de Poitiers*,) novem. I. an. 589. II. an. 590. III. an. 1002. IV. an. 1025. V. an. 1076. VI. an. 1078. VII. an. 1100. VIII. an. 1106. IX. an. 1117.

Pisana tria. I. anno 1134. contra Anacletum II. Antipapam XXVII. II. anno 1409. ad tollendum schisma Gregorii XII. & Benedicti XIII. a Cardinalibus convocatum, in quo electus est

26. Junii Alexander V. qui omnia in Concilio gesta approbavit; unde est quod ab eruditis multis Concilium hoc Pisanum dicatur Œcumenicum. Ei adfuerunt 300. Episcopi, & tres Patriarchæ, Alexandrinus, Antiochenus & Jerosolymitanus. III. Concilium Pisanum anno 1511. contra Julium II. verum ac legitimum Pontificem celebratum, & propter id ab Ecclesia reprobatum.

Placentinum (Placentiæ in Æmilia, *Piacenza*) anno 1095. ex plurimis Nationibus convocatum, & propter immensam confluentium multitudinem extra Urbem in Campo celebratum. Capitula 14 statuit adversus Simoniacas, & schismaticas ordinationes.

Pontigonense (Gall. *Pont Yon, en Champagne*,) anno 876.

Q

QUintinopolitana (Gall. *Saint Quentin en Picardie*,) quatuor. I. anno 1231. II. anno 1236. III. anno 1239. IV. anno 1271.

R

RAvennatensia (*Ravenna Italiæ in Flaminia*) quatuor præcipue. I.

a Joan-

a Joanne VIII. cum Petro Gradensi Patriarcha & aliis Episcopis fere 132. an. 877. statuit 19. Canones de Disciplina, & Immunitate. II. a Joanne IX. cum 47. Episcopis anno 904. præsente Lamberto, qui in Italia imperabat. Decem Decretis constitutis abrogavit Acta Stephani contra Formosum. III. a Joanne XIII. cum Aquilejensi Patriarcha 56. Italiæ Episcopis, paucis e Germania admixtis; Otto Imperator restitu tionem Urbis, atque agri Ravennatensis Pontifici confirmavit. IV. sub Gregorio V. & Ottone III. a Gerberto ejus Urbis Archiepiscopo an. 997. tribus circa Disciplinam Canonibus editis.

Redonensia (Gall. *de Rennes en Bretagne*) duo. I. anno 1069. II. an. 1263

Regiense (Gall. *de Riez en Provence*,) anno 439.

Rhemensia (*de Rheims*,) viginti septem. I. anno 625. aut sequ. II. an. 813. III. an. 879. IV. an. 893. V. an. 900. VI. anno 923. VII. anno 975. VIII. an. 991. IX. anno 995. X. anno 1049. XI anno 1059. XII. anno 1085. XIII. anno 1092. XIV. anno 1094. XV. anno 1109. XVI. anno 1115. XVII. an. 1119. XVIII. anno 1131. XIX. an. 1140. XX. anno 1148. XXI. anno 1158. XXII. an. 1287. XXIII. anno 1363. XXIV. an. 1393. XXV. an 1455.

XXVI.

XXVI. an. 1464. XXVII. anno 1583.

Romana centum viginti duo numerantur a Labbæo, & Lateranensia (*in Ecclesia, & Palatio Sancti Joannis in Laterano Romæ*) novemdecim; quæ omnia enumerare longum foret; vide Indicem Conciliorum Generalium. Non est omittendum a Benedicto XIII. celebratum fuisse non ita pridem Concilium Rmanum anno 1725.

Rothomagensia (Gall. *de Roüen de Normandie*,) octodecim. I. an. 692. II. an. 1050. circiter. III. anno 1072. IV. anno 1073. V. anno 1074. VI. anno 1092. VII. anno 1096. VIII. anno 1107. IX. an. 1118. X. anno 1119. XI. anno 1186. XII. anno 1188. XIII. an. 1279. XIV. anno 1299. XV. anno 1310. XVI. an 1445. XVII. an. 1514. XVIII. anno 1581.

S

SArdicense (*Sardica*,) anuo 347. a Julio Papa I. indictum. Ei præfuit per Legatos, 370. adfuere Episcopi partim Occidentales, partim Orientales; hi a prioribus separaverunt se, & Conciliabulum habueruut Philippopoli in Thracia. Interea Occidentales Sancti Athanasii innocentiam declararunt, Fidem Nicænam confirmarunt.

Ca-

Canones circa Ecclesiasticam Disciplinam 20. condiderunt, jusque appellandi ad Romanum Pontificem confirmarunt. Huic Concilio præsentes fuerunt S. Athanasius, & Osius Cordubensis Episcopus.

Salmuriensia (Gall. *de Samur ad Ligerim*) quatuor. I. anno 1253. II. anno 1276. III. anno 1294. IV. an. 1315.

Santonensia (*de Saintes*,) sex. I. anno 563. II. an. 579. III. an 1075. IV. an. 1080. V. anno 1089. VI. an. 1096.

Senonensia (*de Sens*,) duodecim. I. an. 980. II. anno 1048. III. an. 1080. IV. anno 1127. V. anno 1140. VI. anno 1198. VII. anno 1252. VIII. anno 1310. IX. anno 1320. X. anno 1324. XI. anno 1528. XII. anno 1612.

Silvanectensia (*de Senlis*, *prope Parisios*) septem. I. anno 863. II. anno 873. III. anno 990. IV. anno 1310. V. anno 1317. VI. an. 1326. VII. an. 1402.

Suessionensia (*de Soissons*,) duodecim. I. anno 744. aut præcedenti. II. anno 853. III. ann. 866. IV. anno 941. V. anno 1078. VI. anno 1092. VII. anno 1094. VIII. anno 1120. IX. an. 1137. X. an. 1155. XI. an. 1201. XII. an. 1456.

T

TArraconensia (*Tarragona*,) quinque. I. anno 516. II. anno 614.

III. anno 1242. IV. anno 1279. V. anno 1631. Aliud confirma. Bened. XIII. 1732.

Taurinense (*Torino*,) post annum 401. & ante annum 417.

In Theodonis Villa (Gall. *Thionville sus la Moselle*,) quatuor. I. an. 806. II. an. 821. III. anno 835. IV. an. 844.

Toletana (*Toledo*,) viginti novem. I. anno 400. II. anno 405. III. an. 447. IV. anno 531. V. anno 589. VI. anno 597. VII. anno 610. VIII. anno 633. IX. anno 636. X. anno 638. XI. an. 646. XII. anno 653. XIII. anno 655. XIV. anno 656. XV. anno 675. XVI. anno 681. XVII. an. 683. XVIII. an. 684. XIX. anno 688. XX. anno 693. XXI. anno 694. XXII. anno 701. XXIII. an. 747. XXIV. anno 1324. XXV. anno 1327. XXVI. anno 1339. XXVII. an. 1347. XXVIII. anno 1355. XXIX. anno 1473.

Tolosana (*de Toulose*) quatuordecim. I. an. 829. II. anno 843. aut seq. III. an. 885. IV. anno 1056. V. anno 1068. VI. anno 1088. VII. anno 1090. VIII. anno 1110. IX. anno 1118. X. anno 1119. XI. an. 1228. XII. anno 1319. XIII. anno 1487. XIV. anno 1590.

Trevirensia (*Treviri*, *Archiepisc.* & *Electoratus*,) septem. I. anno 386. II. anno 948. III. anno 1148. IV. anno

1238.

1238. V. anno 1423. VI. anno 1548. VII. anno 1549.

Tricassina seu Trecensia (*Gall. de Troyes en Champagne*,) sex. I. anno 867. II. anno 878. III. an. 1104. IV. anno 1107. V. anno 1115. VI. anno 1128.

Tullensia (*de Toul, in Lotharingia*) tria. I. anno circiter 551. II. anno 859 dictum ad Saponarias. III. anno 860. dictum ad Tuliacum.

Turonensia (*Tours*) sexdecim. I. anno 461. II. anno 567. III. an. 849. dicitur etiam Parisiense. IV. an. 858. V. anno 895. VI. anno 1055. VII. anno 1059. VIII. anno 1096. IX. an. 1163. X. anno 1230. XI. anno 1236. XII. anno 1239. XIII. an. 1282. XIV. an. 1315. XV. an. 1510. XVI. an. 1583.

V

VAlentinum Hispaniæ anno 524. a VII. Ep. habitum Valentiæ, Canones sex edidit.

Valentina in Galliis (Gall. *de Valence en Dauphinè*,) sex. I. an. 374. II. an. 584. III. anno 855. IV. anno 890. V. anno 1100. VI. anno 1248.

Vasensia, seu Vasionensia (*Vaison*) duo, I. anno 442. II. anno 529.

Venetica (*Vannes en Bretagne*,) duo. I. circa annum 465. II. anno 1456.

Vermeriensia (Gall. *Verberie en Valois, de Soissons*,) quatuor. I. anno 752. II. anno 853. III. anno 863. IV. anno 869.

Vernonensia (Gall. *Vernon, Diocese d'Evreux*,) duo I. anno 755. II. anno 844.

Vezeliacense (Gall. *de Vezelai, Diocese d'Autun*,) anno 1146.

Viennensia in Galliis, (*de Vienne en Dauphiné*,) septem. I. circa annum 477. II. anno 892. III. anno 1112. IV. anno 1119. V. anno 1289. VI. anno 1311. Generale. VII. anno 1338.

Virdunense (Gall. *Verdun, en Lorriane*,) anno 947.

Ultrajectense (*Utrecht*,) anno 697.

Quod si ubi duo vel tres in nomine Domini congregantur, licet sibi ipsis relicti falli possint, continuo tamen in medio eorum sit Dominus, quanto magis ubi summus Pontifex, cæterique primores Ecclesiastici conveniunt, ut Hæresibus pullulantibus occurrant, & Dominicum agrum subortis expurgent zizaniis. Concilium Senonense anno 1528. celebratum.

INDEX SUMMORUM PONTIFICUM.

A

ejusdem anni. Electus fuit, non consecratus.

Adrianus VI. Papa 222. a 9. Januarii 1522. ad 14. Septembris 1523. fuit Ultrajectinus (*Utrecht*) humili loco natus, & ante Pontificatum Caroli V. Imperatoris Pœdagogus.

S. Agapetus I. Romanus, Papa 132, a mense Junio 946. ad finem Augusti 956.

S. Agatho Siculus, Papa 80. a 27. Junii 678. ad 10. Januarii anno 682. Præfuit Concilio VI. Generali per Legatos anno 680.

S. Alexander I. Romanus, Papa 7. ab anno 111. ad 3. Maji anno 119.

Alexander II. Mediolanensis, Papa 158. a mense Octobri 1061. ad 21. Aprilis 1073. Vide XXI. Antipapam.

Alexander III. Senensis, Papa 172. a 7. Septembris 1159. ad 30. Augusti 1181. Præfuit Concilio XI. Generali an. 1179. in numerum Sanctorum retulit an. 1173. S. Thomam Cantuariensem, & anno sequenti S. Bernardum. Vide Antipapam XXIX. & tres sequentes.

Alexander IV. Anagninus, Papa 183. a 12. Decembris 1254. ad 25. Maji 1262.

Alexander V. Cretensis, Papa 208 a 26. Junii 1409. ad 4. Maji 1410.

fuit

fuit Ordinis Fratrum Minorum. Vide Antipapam XXXV.

Alexander VI. Hiſpanus e Regno Valentiæ, Papa 218. ab 11. Auguſti 1492. ad 18. Auguſti 1503.

Alexander VII. Senenſis, Papa 241. a 7. Aprilis 1655. ad 22. Maji 1667. 15. Februarii 1665. ſolemni Conſtitutione, ubique, & præſertim in Gallia recepta, præſcripſit ſubſcriptionem Formulæ, qua damnantur quinque Propoſitiones in ſenſu Janſenii. Eodem anno Sanctorum Catalogo inſcripſit B. Franciſcum Saleſium.

Alexander VIII. Venetus, Papa 245. a 6. Octobris 1689. ad 1. Februarii 1691.

S. Anacletus Athenienſis, Papa 5. ab anno 100. ad annum 102.

S. Anaſtaſius I. Romanus, Papa 40. a 5. Decembris 398. ad 14. Decembris 401. Opera Origenis proſcripſit, & Rufinum, qui ex iis nonnulla in Latinam linguam tranſtulerat, citavit, & in judicio ſe ſiſtere recuſantem damnavit.

Sanctus Anaſtaſius II. Romanus, Papa 51. a 24. Novembris 496. ad 17. Novembris anno 498. Eo ſedente anno 496. converſus eſt ab Idolorum cultu ad fidem Chriſtianam, & Catholicam Clodoveus Rex Galliæ, & baptizatus

a Sancto Remigio Rhemensi Archiepiscopo.

Anastasius III. Romanus, Papa 170. 19. Julii 1153. ad 2. Decembris 1154.

S. Anicetus Syrus, Papa 12. post mensem Julium 157. ad 17. Aprilis 168.

S. Anter Græcus, Papa 20. a 21. Novembris 235. ad 3. Januarii sequentis anni.

B

BEnedictus I. Romanus, Papa 63. a 3. Junii 574. ad 30. Julii 578.

Benedictus II. Romanus, Papa 82. a 26. Junii 684. ad 7. Maji sequentis anni.

Benedictus III. Romanus, Papa 106. a 29. Septembris 855. ad 8. Aprilis 858. Vide XIII. Antipapam.

Benedictus IV. Romanus, Papa 119. a mense Augusto 900. ad mensem Octobrem 903.

Benedictus V. Romanus, Papa 134. ab exeunte Majo 964. ad Junium anni sequentis.

Benedictus VI. Romanus, Papa 136. a desinente Novembri 972. ad 974. carceri traditus a Francone quodam impio homine, crudeliter necatus est.

Benedictus VII. Romanus, Papa 138. ab exeunte anno 974. ad 10. Julii 994. Vide Antipapam XVI.

Benedictus VIII. Romanus, ex Comiti-

mitibus Tuſculanis, Papa 148. ab anno 1012. ad 10. Julii 1024. ut multi conjiciunt. Vide XVIII. Antipapam.

Benedictus IX. Romanus, Papa 150. ante finem 1033. ad 1044. Vide XIX. Antipapam.

(Benedictus X. Nullus fuit hujus nominis, niſi Joannes quidam Epiſcopus Veliternus manu armata a nonnullis ſeditioſis intruſus anno 1058. Poſt decem Schiſmatis menſes electus eſt Nicolaus II.) Vide Antipapam XX.

B. Benedictus XI. Patria Tarviſinus ſub ditione Venetorum, ex Ordine S. Dominici, Papa 196. a 22. Octobris 1303. ad 6. aut 7. Julii 1204.

Benedictus XII. Gallus ex Fuxenſi Comitatu (*du Comtè de Foix*,) & Ordinis Ciſtercienſis, Papa 199. a 20. Decembris 1334. ad 25. Aprilis 1342.

Benedictus XIII. Romanus, Papa 249. ex nobiliſſima Urſinorum familia, & Ordine S. Dominici a 29. Maji 1724. ad 21. Februarii 1730.

BENEDICTUS XIV. Bononienſis de Lambertinis Papa 251. a die 17. Auguſti 1740. Regnat feliciter.

S. Bonifacius I. Romanus, Papa 43. a 29. Decembris 418. ad 4. Septembris 422. Vide Antipapam IV.

Bonifacius II. Romanus, Papa 56. a 22. Septembris 530. ad 17. Decembris 531. Vide Antipapam VI.

Bonifacius III. Romanus, Papa 67. a 19. Februarii 607. ad 10. Novembris ejusdem anni.

Sanctus Bonifacius IV. Italus Marsus, Papa 68. a 25. Augusti 608. ad 7. Maji 615.

Bonifacius V. Campanus, Papa 70. a 23. Decembris 619. ad 22. Octobris 625.

Bonifacius VI., Papa 114. anno 896. Sedit tantum dies 15.

(Bonifacius VII. a nonnullis dictus Papa 140. anno 985. Difficultas est, utrum fuerit legitimus Pontifex. Anno 974. jam Apostolicam Sedem invaserat, Joannem XIV. fame, aut, secundum alios, veneno necavit anno 985. 20. Augusti. Vide infra Indicem Antipaparum.)

Bonifacius VIII. Anagninus, Canonicus primum Parisiensis, postea Lugdunensis, Papa 195. a 24. Decembris 1294. ad 11. Octobris 1303. Ludovicum IX. Galliæ Regem in Sanctorum numerum retulit. Inter eum, & Philippum Pulchrum maximæ dissensiones.

Bonifacius IX. Neapolitanus, Papa

205. a

205. 22. Novembris 1389. ad 1. Octobris 1404. Vide Antipapam XXXV.

C

S. CAjus Dalmata, Papa 29. a 15. Decembris 283. ad 22. Aprilis 296.

S. Calixtus I. Romanus, Papa 17. ab ineunte 219. ad 14. Octobris 223.

Calixtus II. Gallus Burgundus, & Archiepiscopus Viennensis, Papa 164. a 1. Februarii 1119. ad 13. Decembris 1124. præfuit Concilio Generali nono, Lateranensi primo. Vide Antipapam XXVI.

Calixtus III. Hispanus, Papa 213. a 20. Aprilis 1455. ad 6. Augusti 1458.

S. Celestinus I. Romanus, Papa 44. a 10. Septembris 422. ad finem Julii 432. Præfuit per Legatos Concilio Ephesino Generali tertio.

Celestinus II. Tuscus, Papa 167. a 26. Septembris 1143. ad 9. Martii sequentis anni.

Celestinus III. Romanus, Papa 177. a 30. Martii 1191. ad 8. Januarii 1198.

Celestinus IV. Mediolanensis, Papa 181. anno 1241. aut sequenti. Sedit 17. dies tantum.

S. Celeſtinus V. Italus Iſerninus, Papa 194. a 5. Julii 1294. Poſt quinque menſes abdicavit. Monachorum Celeſtinorum eſt author.

Chriſtophorus Romanus, Papa 121. anno 903. poſt 5. aut 6. menſes carceri traditus; crimen, quod Sedis Apoſtolicæ invaſione commiſerat, pœnitentia expiavit.

S. Clemens I. Romanus, Sancti Pauli adjutor, Papa 4. ab anno 91. ad 23. Novembris anno 100. Vide Indicem Patrum, verbo *Clemens*.

Clemens II. Germanus, Papa 152. ab anno 1046. ad 9. Octobris 1047.

Clemens III. Romanus, Papa 176. a 19. Decembris 1187. ad menſem Martium 1191.

Clemens IV. Gallus Occitanus (Gall. *de Saint Gilles, en Languedoc,*) Archidiaconus, & poſtea Epiſcopus Anicienſis (*du Puy,*) anno 1257. Archiepiſcopus Narbonenſis anno 1260. & ſequenti Cardinalis. Papa 185. ab anno 1265. ad 29. Novembris 1268.

Clemens V. Gallus Diœceſis Vaſatenſis (*de Bazas,*) Archiepiſcopus Burdigalenſis, Papa 197. a 5. Junii 1305. ad 20. Aprilis 1314. Coronatus fuit Lugduni in Eccleſia S. Juſti coram Philippo Pulchro Rege Galliæ, & pluribus

Prin-

Principibus 14. Novembris 1305. Sedem suam fixit Avenione anno 1309. ibique sederunt Pontifices Romani per 70. annos usque ad Gregorium XI. Præfuit Concilio Viennensi Generali decimo quinto anno 1311.

Clemens VI. Gallus Diœcesis Lemovicensis, primum Benedictinus, deinde Doctor Parisiensis, postea Archiepiscopus Senonensis, tum Rothomagensis, Papa 200. a 7. Maji 1342. ad 6. Decembris 1352.

Clemens VII. Florentinus, Papa 223. a 29. Novembris 1523. ad 26. Septembris 1534. paulo ante mortem excommunicavit Henricum VIII. Regem Angliæ propter repudiatam Catharinam Aragoniæ uxorem legitimam.

Clemens VIII. Florentinus, Papa 235. a 30. Januarii 1592. ad 3. Martii 1605. Congregationes dictas de Auxiliis celebravit ad terminandas quæstiones de Gratia motas Dominicanos inter & PP. Societatis Jesu. Congregationes illæ inchoatæ sunt 2. Januarii 1598. octo & amplius annos perdurarunt. Vide infra, verb. *Paulus V.*

Clemens IX. Italus Pistoriensis, Papa 243. a 20. Junii 1667. ad 9. Decembris 1669. Die 28. Septembris 1668. ad pacem, & communionem suam admisit

qua-

quatuor Episcopos Galliæ, post accepta tamen nova, & gravia testimonia sinceræ illorum obedientiæ Constitutioni Alexandri VII. subscriptionem Formularii præcipienti.

Clemens X. Romanus, Papa 243. a 9. Aprilis 1670. ad 22. Julii 1676.

Clemens XI. Italus Urbinas, Papa 247. a 23. Novembris 1700. ad 19. Martii 1721. Die 8. Septembris 1713. Constitutionem *Unigenitus* promulgavit. Doctrina & pietate Catholicis omnibus commendabilis, per triduum recusato Pontificatu illustris, prudenter gesto temporibus difficillimis illustrior.

Clemens XII. Florentinus Corsinus Papa 250. creatus 12. Julii 1730. Obiit die 6. Februarii 1740.

¶ Clemens XIII. Venetus, Papa 252. creatus 6. Julii 1758. Feliciter regnans.

S. Cletus Romanus, Papa 3. ab anno 78. ad 91.

Conon Thrax, Papa 84. a 21. Octobris 686. ad 21. Septembris 687. Vide Antipapam VIII.

Constantinus Syrus, Papa 89. a 25. Martii 708. ad 8. Aprilis 715.

S. Cornelius Romanus, Papa 22. a 4. Junii 251. ad 14. Septembris 252. His temporibus surrexit Antipapa I. Novatianus. Vide Indicem Antipaparum.

D

S. DAmaſus Hiſpanus, Papa 18. a 1. Octobris 366. ad 11. Decembris 384. Præfuit per Legatos Concilio ſecundo Generali anno 381. Vide Antipapam III.

Damaſus II. Bavarus, Papa 153. a 17. Julii 1048. ad 8. Aug. anni ejuſdem.

S. Deus-Dedit Romanus, Papa 69. a 9. Octobris 615. ad 8. Novembris 618.

S Dionyſius, cujus patria ignoratur, Papa 26. a 21. Julii 259. ad 269. ante 26. Decembris.

Domnus I. Romanus, Papa 79. a 1. Novembris 676. ad 11. Aprilis 678.

Domnus II. Romanus, Papa 137. anno 974. poſt tres circiter ab Ordinatione ſua menſes obiit.

E

S. ELeutherius Græcus, Papa 14. ab ineunte Majo 177. ad 26. Maji 193.

S. Evariſtus Græcus, Papa 6, ab anno 102. ad 26. Octobris 111.

Eugenius I. Romanus Papa 76. ab 8. Septembris 654. ad 1. Januarii 657.

Eugenius II. Romanus, Papa 101. a 14. Februarii 824. ad menſem Auguſti 827. Vide XII. Antipapam.

Eugenius III. Piſanus, diſcipulus S. Bernardi, Papa 169. a 27. Februarii 1145. ad 8. Julii 1153.

Eugenius IV. Venetus, Papa 211. a 3. Martii 1431. ad 23. Februarii 1447. Præfuit Concilio decimo ſeptimo generali Florentino. Vide Antipapam XXXVIII.

S. Euſebius Græcus, Papa 32. a 10. Maji 310. ad 26. Septembris ejuſdem anni.

S. Eutichianus Tuſcus, Papa 28. a 5. Januarii 275. ad 7. Decembris 283.

F

S. FAbianus Romanus, Papa 21. a 10. Januarii 236. ad 20. Januarii 250.

S. Felix I. Romanus, Papa 27. a 29. Decembris 269. ad menſem Decembris 274.

S. Felix I. Romanus, S. Gregorii Magni atavus, Papa 49. a 6. Martii 483. ad 24. Februarii 492. (a nonnullis dicitur Felix II. quia Felicem tempore, & loco Liberii Papæ electum agnoſcunt ut legitimum Pontificem.)

S. Fe-

S. Felix III. (aliis IV.) Italus genere Samnis, Papa 55. a 12. Julii 526. ad 18. Septembris 530.

Formosus Romanus, Papa 113. ab exeunte Septembri 891. ad 4. Aprilis 896. Hujus Papæ defuncti cadaver extrahi jussit e sepulchro Stephanus VII. ejus successor, & Pontificalibus indutum in Sede Apostolica collocans, ei tamquam viventi exprobravit, quod nimia ambitione ex Portuensi Episcopo Pontificatum Romanum invasisset; postea cadaver sic damnatum, sacrisque exutum vestibus, ac digitis, quibus benedicebat Formosus, mutilatum, in Tiberim fluvium projecit Stephanus VII. qui, Deo vindice, sede pulsus, & in carcerem detrusus laqueo strangulatus est.

G

S. GElasius I. Afer, Papa 59. a 1. Martii 492. ad 19. Novembris 496.

Gelasius II. Italus Cajetanus, Benedictinus Cassinensis, Papa 163. a 25. Januarii 1118. ad 29. Januarii anni sequentis.

S. Gregorius I. Romanus cognomento Magnus, Papæ 65. a 3. Septemb. 590. ad 12. Martii 604. Unus est e quatuor

Doctoribus Ecclesiæ, quam Sanctitate, miraculis, prudentia, & eximiis scriptis illustravit.

S. Gregorius II. Romanus, Papa 90. a 19. Maji 715. ad 10. Februarii 731.

S. Gregorius III. Syrus, Papa 91. a 18. Martii 731. ad 27. Novembris 741.

Gregorius IV. Romanus, Papa 103. anno 827. ad 25. Januarii 844.

Gregorius V. Germanus, Papa 143. a mense Majo 996. ad 18. Februarii 999. Vide VII. Antipapam.

Gregorius VI. Romanus, Papa 151. ab anno 1044. ad 1046. mense Decembri, quo se ipse deposuit in Concilio Sutriensi (*Sutri prope Urbem*).

S. Gregorius VII. Soanensis e Tuscia, Papa 159. a 22. Aprilis 1073. ad 25. Maji 1085. Vide XXII. Antipapam.

Gregorius VIII. Beneventanus, Papa 175. a 20. Octobris 1187. ad 17. Decembris ejusdem anni.

Gregorius IX. Anagninus, Papa 180. a 19. Martii 1227. ad 21. Augusti 1241.

B. Gregorius X. e Vice-comitibus Placentiæ, Canonicus, & Comes Lugduni, Papa 186. a 1. Septembris 1271. ad 10. Januarii 1276. Præfuit Concilio decimo quarto Generali Lugdunensi secundo.

Gre-

Gregorius XI. Lemovicensis, Papa 203. a 30. Decembris 1370. ad 27. Martii 1378. Ab hoc Pontifice Sedes Apostolica fuit restituta Romæ. Vide Supra *Verbo Clemens V.*

Gregorius XII. Venetus, Papa 207. a 25. Decembris usque ad Junii 1409. quo die, & anno Concilium Pisanum declaravit vacare Sedem Apostolicam, deposuitque Gregorium XII. & Benedictum XIII. In Concilio Constantiensi 14. sessione celebrata 4. Julii 1415. Gregorius XII. Pontificatu cessit. Vide Antipapam XXXV.

Gregorius XIII. Bononiensis, Papa 230. a 13. Maji 1572. ad 10. Aprilis an. 1585. Sedente Gregorio XIII. religio Christiana, & Catholica felices habuit progressus in Japonia, & Imperio Sinensi, aliisque in nationibus, & Legatos a Japoniæ Regibus jam Christianis missos ad Sedem Apostolicam paterno affectu recepit. Calendarium etiam reformavit.

Gregorius XIV. Mediolanensis, Papa 233. a 5. Decembris 1590. ad 15. Octobris anni sequentis.

Gregorius XV. Bononiensis, Papa 238. a 9. Februarii 1621. ad 8. Julii 1623.

H

S. HIginus Græcus, Papa 10. ab anno 139. ad 10. Januarii 143.

S. Hilarus aut Hilarius Sardus, Papa 47. a 12. Novembris 461. ad 21. Februarii 468.

Honorius I. Campanus, Papa 71. a 27. Octobris 625. ad 12. Octobris 638. Is eſt Honorius, de quo tam multa ſolent diſputari in Tractatu de Incarnatione.

Honorius II. Bononienſis, Papa 165. a 21. Decembris 1124. ad 14 Februarii 1140. Confirmavit Ordinem Canonicorum Regularium Præmonſtratenſium anno 1126., & Ordini Militari Templariorum approbato in Concilio Trecenſi anno 1128. formam, & colorem habitus præſcripſit. Vide Antipapam XXVI.

Honorius III. Romanus, Papa 179. a 18. aut 20. Auguſti 1216. ad 18. Martii 1227. Ordines Sancti Dominici, & S. Franciſci approbavit.

Honorius IV. Romanus, Papa 192. a 2. Aprilis 1285. ad 3. Aprilis 1287.

S. Hormiſdas Campanus, Papa 53. a 27. Julii 514. ad 6. Auguſti 523.

S. IN-

I

S. INnocentius I. Albanensis, Papa 41. a 21. Decembris 401. ad 12. Martii 417.

Innocentius II. Romanus, Papa 166. a 22. Februarii 1130. ad 24. Septembris 1143. præfuit Concilio decimo Generali Lateranensi secundo anno 1139. Vide XXVII. & XXVIII. Antipapas.

Innocentius III. Anagninus, Papa 178. ab 8. Januarii 1198. ad 17. Julii 1216. Præfuit Concilio duodecimo Generali Lateranensi quarto, anno 1215.

Innocentius IV. Genuensis, Papa 182. a 25. Junii 1243. ad 7. Decembris 1254. Præfuit Concilio Generali decimo tertio Lugdunensi primo anno 1245.

Innocentius V. Tarentasiensis, ex Ordine Sancti Dominici, & Doctor Parisiensis, Papa 187. a 21. Januarii 1276. ad 22. Junii ejusdem anni.

Innocentius VI. Gallus Diœcesis Lemovicensis, primum Neviodunensis, deinde Claromontensis, tandem Ostiensis Episcopus, & Cardinalis, Papa 201. a 18. Decembris 1352. ad 12. Septembris 1362.

Innocentius VII. Sulmonensis Apulus, Papa 206. a 17. Octobris 1404.

da

ad 6. Novembris 1406. Vide Antipapam XXXV.

Innocentius VIII. Genuensis, Papa 217. a 29. Apr. 1484. ad 25. Julii 1492.

Innocentius IX. Bononiensis, Papa 234. a 30. Octobris 1591. ad 30. Decembris ejusdem anni.

Innocentius X. Romanus, Papa 240. a 15. Septembris 1644. ad 7. Januarii 1655. Solemni Constitutione proscripsit quinque Propositiones Jansenii, 30. Maji 1653.

V. Innocentius XI. Odescalchi Italus Comensis, Papa 244. a 22. Septembris 1676. ad 12. Augusti 1689.

Innocentius XII. Neapolitanus, Papa 246. a 12. Julii 1691. ad 27. Septembris 1700. Damnavit in globo 23. Propositiones (nullas tamen ut hæreticas) excerptas e Libro cui titulus. *Explications des Maximes des Saints*. Illustrissimus Fenelonius, Cameracensis Archiepiscopus, hujus Libri Author censuræ statim ex animo acquievit, sicque finitus fuit error.

Innocentius XIII. Rom. De Comitibus Papa 248. ab 8. Maji 1721. ad 7. Mart. 1724.

S. Joannes I. Tuscus, Papa 54. a 13. Augusti 523. ad 18. Maji 526.

Jo-

Joannes II. Romanus, Papa 57. a 21. Januarii 532. ad mensem Aprilem aut Majum 535.
Joannes III. Romanus, Papa 62. a 18. Julii 560. ad 13. Julii 573.
Joannes IV. Dalmata, Papa 73. a 24. Decembris 640. ad 11. Octobris 642. Initio Pontificatus, Ectesim Heraclii Imperatoris, seu Expositionem Monothelismo faventem damnavit in Concilio Romano.
Joannes V. Syrus, Papa 83. a 23. Julii 685. ad 1. Augusti 686.
Joannes VI. Græcus, Papa 86. a 28. Octobris 701. ad 9. Januarii 705.
Joannes VII. Græcus, Papa 87. a 1. Martii 705. ad 17. Octobris 707.
Joannes VIII. Romanus, Papa 109. a 14. Decembris 872. ad 15. Decembris 882.
Joannes IX. Tiburtinus, Papa 118. ab anno 898. circa mensem Julii, ad finem Julii 900. Vide XIV. Antipapam.
Joannes X. Ravennas, Papa 125. a fine Aprilis 914. ad finem Junii 928.
Joannes XI. e Comitibus Tusculanis, Papa 128. a fine Martii 931. ad initium Januarii 936.
Joannes XII. Romanus, Papa 133. a mense Septembris 956. ad 14. Maji 964. Primus dicitur eorum, qui in sua Conse-

cra-

cratione nomen mutarunt; vocabatur antea Octavianus. Vide XV. Antipapam.

Joannes XIII. Romanus, Papa 135. a 1. Octobris 965. ad 6. Septembris 972.

Joannes XIV. Papienſis, Papa 139. a menſe Julii 984. ad 20. Auguſti 985.

Joannes XV. Romanus, Papa 141. anno 985. electus ſolum, non conſecratus, paulo poſt electionem obiit.

Joannes XVI. Romanus, Papa 142. ab ineunte Decembri 985. ad ineuntem annum 996.

Joannes XVII. Romanus, Papa 145. anno 1003. poſt quinque menſes, & aliquot dies obiit 7. Decembris.

Joannes XVIII. Romanus, Papa 146. a 26. Decembris 1003. ad 18. Julii 1009.

Joannes XIX. ex Comitibus Tuſculanis frater Benedicti VIII. Papa 149. ab anno 1024. ad menſem Novemb. 1033.

Joannes XX. Uliſſiponenſis, Papa 189. a 15. Septembris 1276. ad 16. Maji 1277. Hic dicitur vulgo Joannes XXI. quia ſub Gregorio V. unus Antipapa ſe Joannem XX. nominavit.

Joannes XXII. Gallus Diœceſis Cadurcenſis (*Cahors*, ,) Papa 198. a 7. Auguſti 1316. ad 4. Decembris 1334. coronatus Lugduni 7. Septembris 1316. Vide Antipapam XXIII.

Jo-

Joannes XXIII. Neapolitanus, Papa 209. a 17. Maii 1410. ad 29. Maii 1415. quo depositus fuit a Concilio Constantiensi. Vide Antipapam XXXV.

S. Julius I. Romanus, Papa 36. a 6. Februarii 337. ad 12. Aprilis 352. Adversus Arianos pro Fide Catholica plurimum laboravit, & S. Athanasium, qui ad Sedem Apostolicam appellaverat, innocentem judicavit.

Julius II. Savonensis, Papa 220. a 30. Octobris 1503. ad 21. Februarii 1513. Vide Concilium XVII. Generale.

Julius III. Etruscus, Papa 225. ab 8. Februarii 1550. ad 23. Martii 1555. Continuationem Concilii Tridentini indixit ad 1. Maii 1551. Societatem JESU approbatam an. 1540. a Paulo III. confirmavit.

L

LAndus Sabinus; Papa 124. anno 913. versus medium Octobris ad 914. versus 26. Aprilis.

S. Leo I. Tuscus cognomento Magnus, Papa 46. a 22. Septembris 440. ad 4. Novembris 461. Præfuit per Legatos Concilio Calcedonensi Generali quarto, De Leone Magno sic loquitur

Trithemius. Fuit dictionis Ecclesiasticæ Tullius, Sacræ Theologiæ Homerus, rationum Fidei Aristoteles, authoritatis Apostolicæ Petrus, & in Christiano pulpito Paulus.

S. Leo II. Siculus, Papa 81. a 17. Augusti 682. ad 3. Julii 683.

S. Leo III. Romanus, Papa 98. a 27. Decembris 795. ad 11. Junii 816.

S. Leo IV. Romanus, Papa 105. a 18. Januarii 847. ad 17. Julii 855.

Leo V. Ardeatinus, Papa 120. anno 903. Post duos circiter menses expulsus est, & carceri traditus.

Leo VI. Romanus, Papa 1.6. a mense Junio 928. ad Februarium 929.

Leo VII. Romanus, Papa 129. ab ineunte Januario 936. ad 18. Julii 939.

(Leo VIII. adhuc Laicus electus est, & 6. Decembris 993. ordinatus contra Ecclesiæ Canones, vivente adhuc Joanne XII. sed postea depositus in Concilio Romano 26. Februarii 964. ab eodem Joanne Papa legitimo.)

S. Leo IX. Franco-Germanus, Papa 154. a 2 Februarii 1049. ad 19. Aprilis 1054. Sedente sancto hoc Pontifice incepit luctuosum schisma Græcorum.

Leo X. Florentinus, Papa 221. ab 11. Martii 1513. ad 2. Decembris 1521.

Sub

Sub hoc Pontifice Lutherus a Religione Catholica defecit. 41. ejus propositiones a Leone X. damnatæ sunt in globo. Vide Concilium XVII. Generale.

Leo XI. Florentinus, Papa 236. a 1. Aprilis 1609. ad 27. ejusdem mensis & anni.

S. Liberius Romanus, Papa 37. a 22. Maji 352. ad 22. Novembris 366. Lapsum Liberii Papæ in Arianam hæresim objiciunt omnes fere Novatores; verum Catholici eum ab hæresi vindicant, & recentiores Theologi Jueninus, Vitassius &c. ostendunt Formulam, cui subscripsit Liberius, non esse Arianam. Vide Antipapam II.

S. Linus Volaterranus in Etruria, Papa 2. ab anno 67. ad 23. Septembris 78. Templi Jerusalem destructio contigit anno 70. sub S. Lino.

S. Lucius I. Romanus, Papa 23. anno 252. ad 4. Martii 253.

Lucius II. Bononiensis, Papa 168. a 12. Martii 1144. ad 25. Februarii 1145.

Lucius III., Papa 173. a 1. Septembris 1181. ad 25. Novembris 1185.

M

S. MArcellinus I. Romanus, Papa 30. a 30. Junii 296. ad 24. De-

cembris 304. Quod narratur de lapſu S. Marcellini in idololatriam, fabulam eſſe ſuſpicatur a Donatiſtis confictam S. Auguſtinus libro de unico Baptiſmo, capite 16.

S. Marcellus I. Romanus, Papa 31. a 27. Junii 308. ad 16. Jan. 310. Vacaverat Sedes poſt. S. Marcellinum plusquam tres annos ob vim perſecutionis.

Marcellus II. Italus ex Monte Politiano, Cardinalis Bellarmini avunculus, Papa 226. a 9. Aprilis 1555. ad 30. ejuſdem menſis & anni.

S. Marcus Romanus, Papa 35. a 18. Januarii 336. ad 7. Octobris proxime ſequentis.

Marinus I. (ab aliis Martinus II. dictus) ex Galeſio Faliſcorum in Etruria, Papa 110. ab exeunte anno 882. ad menſem Majum 884.

Marinus II. (ſecundum alios Martinus III.) Romanus, Papa 131. a menſe Decembris 942. ad Junium 946.

S. Martinus I. Tudertinus, Papa 75. a 5. Julii 649. ad 16. Septembris 655.

Martinus II. (ab aliis IV.) Gallus Patria Brienſis (*la Brie*,) Papa 191. a 22. Februarii 1281. ad 28. Martii 1285.

Martinus III. (communius V.) Columna Rom. Papa 210. ab 11. Nov. 1417. ad 20. Februarii 1431. Electus fuit a Con-

cilio

cilio Generali Constantiensi. Vide Antipapas XXXV. XXXVI. & XXXVII.

N

S. NIcolaus I. Romanus, Papa 107. a 28. Aprilis 858. ad 13. Novembris 867.

Nicolaus II. Allobrox, Papa 157. a 28. Decembris 1058. ad 22. Julii 1061.

Nicolaus III. Romanus, Papa 190. a 25. Novembris 1277. ad 22. Augusti 1280.

Nicolaus IV. Asculanus, ex Ordine S. Francisci, Papa 193. a 22. Februarii 1288. ad 4. Aprilis 1292.

Nicolaus V. Italus Sarzanensis, Papa 212, a 6, Mart, 1447. ad 25. Mart. 1455.

P

S. PAscalis I. Romanus, Papa 100. a 25. Januar. 817. ad 10. Februarii 824.

Paschalis II. Romanus, Cluniacensis Monachus, Papa 162. a 13. Augusti 1099. ad 21. Januarii 1118. Cisterciensem Ordinem approbavit anno 1100. & Ordinem Fontis-Ebraldi (*de Fontevrault*,) anno 1106. Vide XXII. & tres sequentes Antipapas.

S. Paulus I. Romanus, Papa 95. a 9. Maji 752. ad 28. Junii 767. Stephano III. fratri suo successit. Vide X. Antipapam.

Paulus II. Venetus, Papa 215. a 28. Augusti 1464. ad 26. Julii 1471.

Paulus III. Venetus, Papa 224. a 13. Octobris 1534. ad 10. Novembris 1549.

Paulus IV. Neapolitanus, Papa 227. a 23. Maji 1555. ad 18. Augusti 1559. antea Episcopus Theatinus, unde nomen sortiti sunt Clerici Regulares dicti Theatini, quorum fuit Fundator cum S. Gaetano, & primus Superior.

Paulus V. Romanus, Papa 237. a 17. Maji 1605. ad 28. Januarii 1621. Interruptas Congregationes de Auxiliis resumpsit anno 1605. & biennio post terminavit, RR. PP. Dominicanorum & Jesuitarum Scholis opiniones suas defendendi libertate relicta.

Pelagius I. Romanus, Papa 61. ab 11. Aprilis 555. ad 1. Martii 560.

Pelagius II. Romanus, Papa 64. a 30. Novembris 578. ad 8. Februarii 590.

S. PETRUS ab ipso Christo JESU constitutus Caput visibile Ecclesiæ, quam rexit 34. annos & paulo amplius, ab anno 33. ad 29. Junii 67. quo Martyr

tyr occubuit Romæ, ubi Sedem fixerat ab annis 24. mensibus 5. & diebus 12. Romanorum Pontificum nemo hactenus tamdiu Romanam sedem tenuit.

S. Pius I. Aquilejensis, Papa 11. anno 143. ad 11. Julii 157.

Pius II. Senensis, Papa 214. a 19. Augusti 1458. ad 14. Augusti 1464.

Pius III. Senensis, Papa 219. a 12. Septembris 1503. ad 18. Octobris ejusdem anni.

Pius IV. Mediolanensis, Papa 228. a 26. Decembris 1559. ad 9. Decembris 1565. Sub Pio IV. S. Caroli avunculo feliciter terminatum fuit Concilium Tridentinum anno 1560.

S. Pius V. Italus e Bosco prope Alexandriam, Dominicanus, Papa 229. a 7. Januarii 1566. ad 1. Maji 1572. Damnavit 79. Propositiones Michaelis Baji Doctoris Lovaniensis.

S. Pontianus Romanus, Papa 19. a 22. Junii 230. ad 19. Novembris 235.

R

Romanus natione Faliscus, Papa 116. versus finem anni 897. Obiit Pontificatus sui mense tertio.

S

SAbinianus Tuſcus, Papa 66. a 13. Septembris 604. ad 22. Februarii 606.

S. Sergius I. Syrus, Papa 85. a 15. Decembris 687. ad 8. Septembris 701. Vide IX. Antipapam.

Sergius II. Romanus, Papa 104. a 10. Februarii 844. ad 27. Januarii 847.

Sergius III. Romanus, Papa 122 a menſe Junio 904. ad 911. ante finem Auguſti.

Sergius IV. Romanus, Papa 147. ab 11. Octobris 1009 ad 13. Julii 1012.

Severinus Romanus, Papa 72. poſt duos menſes, & dies aliquot obiit 1. Auguſti anno 640.

S. Simplicius Tiburtinus, Papa 48. a 25. Februarii 468. ad 2. Martii 483.

S. Siricius Romanus, Papa 39. a menſe Dec. 384. ad 26. Novembris 398.

Siſinnius Syrus, Papa 88. anno 708. poſt 20. dies obiit 6. Februarii.

S. Sixtus I. Romanus, Papa 8. ab anno 119. ad 6. Aprilis 129.

S. Sixtus II. Grecus, Papa 25. a 24. Auguſti 257. ad 6. Auguſti anni ſequentis, Sixti II. Archidiaconus fuit S. Laurentius.

S. Sixtus III. Romanus, Papa 45. ab ine-

ineunte Augusto 432. ad 11. Aug. 440.

Sixtus IV. Savonensis, Franciscanus, Papa 216. a 25. Augusti 1571. ad 13. Augusti 1584. Ordinem Minimorum approbavit. Scripsit librum de Immaculata B. Mariæ Virginis Conceptione, & Festum ejus per totam Ecclesiam celebrari jussit.

Sixtus V. Italus Picenus, Franciscanus, P. 231. a 24. April. 1585. ad 27. Aug. 1590. Laboravit, ut Vulgatam Bibliorum Sacrorum Editionem incredibili studio ad nativam reduceret puritatem. Erecta in ejus honorem in Capitolio statua hanc inscriptionem continet ipsi valde honorificam: Sixto V. Pontifici Maximo, ob quietem publicam, compressa Sicariorum licentia, restitutam; Annonæ inopiam sublevatam, Urbem ædificiis, viis, aquæductu illustratam S. P. Q. R.

S. Soter Fundanus e Campania, Papa 13. ab ineunte Majo 168. ad 177.

S. Stephanus I. Romanus, Papa 24. ad anno 253. ad 2. Augusti 257. traditionem antiquam de non rebaptizandis iis, qui ab Hereticis baptizati fuerant, servata forma Ecclesiæ consueta, retineri jussit contra S. Cyprianum aliter cum quibusdam Africæ Conciliis opinantem.

Stephanus II. Romanus, Papa 93. electus anno 752. post quatuor dies obiit circa 20. Martii.

Stephanus III. Romanus, Papa 94. a 26. Martii 752. ad 24. Aprilis 757. Pipinum Regem Galliæ inauguravit 28. Julii 754. in Basilica S. Dionysii prope Parisios.

Stephanus IV. Siculus, Papa 96. a 5. Augusti 768. ad 1. Februarii 772. Vide XI. Antipapam.

Stephanus V. Romanus, Papa 99. a 22. Junii 816. ad 24. Januarii 817.

Stephanus VI. Romanus, Papa 112. a mense Septembri 885. ad mensem Septembris 891.

Stephanus VII. Romanus, Papa 115. anno 896. ante mensem Augustum, ad 897. ante medium Octobris.

Stephanus VIII. Romanus, Papa 127. an. 929. ad 931. cum sedisset annis duobus, mense uno, & diebus quindecim.

Stephanus IX. Germanus, Papa 130. anno 939. versus finem Julii, ad 942. circa initium Decembris.

Stephanus X. Ducis Lotharingiæ filius, Papa 156. a 2. Augusti 1057. ad 29. Martii 1058.

S. Sylverius Campanus, Papa 59. ab 8. Junii 536. ad 20. Junii 538. Vide Antipapam VII.

S. Sylvester I. Romanus, Papa 34. a 31. Januarii 314. ad 31. Decembris 335. Præfuit Concilio primo Nicæno Generali per Legatos.

Sylvester II. Gallus Aquitanus, Monachus Floriacensis (Gall. *de Fleuri, en Saint Benoit sur Loire*,) dein Abbas Bobiensis, Papa 144. a 2. Aprilis 992. ad 12. Maji 1003.

S. Symmachus Sardus, Papa 52. a 22. Novembris 498. ad 19. Julii 514. Vide Antipapam V.

T

S. TElesphorus Græcus, Papa 9. anno 129. ad 5. Januarii 139.

Theodorus I. Jerosolymitanus, Papa 74. a 24. Novembris 642. ad 13. Maji 649.

Theodorus II. Papa 117. anno 898. Vixit tantum 20. dies in Pontificatu.

V

VAlentinus Romanus, Papa 102. anno 827. Obiit circa initium Octobris quadragesimo post exaltationem suam die.

S. Victor I. Afer, Papa 15. ab ineunte Junio 193. ad ineuntem annum 202.

Victor II. Bavarus, Papa 155. a 13. Aprilis 100. ad 28. Julii 1057.

Victor III. Beneventanus, Papa 160. a 25. Maji 1086. ad 16. Septembris 1087. Vide XXII. Antipapam.

Vigilius Romanus, Papa 60. anno 538. ad menſem Januarium 555. primo Antipapa ſub Sylverio, poſtea legitimus Pontifex eo deſuncto, Concilium quintum Generale tandem approbavit.

S. Vitalianus Campanus, Papa 77. a 30. Julii 557. ad 27. Januarii 562.

S. Urbanus I. Romanus, Papa 18. anno 223. ad 25. Maii 240.

Urbanus II. Gallus Diœceſis Rhemenſis, Papa 161. a 12. Martii 1088. ad 29. Julii 1095. Vide XXII. Antipapam.

Urbanus III. Mediolanenſis, Papa 175. a 1. Decembris 1185. ad 19. Octobris 1187.

Urbanus IV. Gallus Trecenſis, (Gall. *de Croyes en Champagne*,) Papa 184. a 29. Auguſti 1261. ad 1. Octobris 1264. Feſtum Corporis Chriſti inſtituit, & Ordinem Cæleſtinorum approbavit.

Urbanus V. Gallus, Diœceſis Mimatenſis (*de Menda, dans le Gevaudan*,) Papa 212. a 28. Octobris 1362. ad 19. Decembris 1380.

Urbanus VI. Neapolitanus, Papa 204. a 9. Aprilis 1378. ad 15. Octobris 1389.

Sub

Sub hoc Pontifice incepit magnum Schisma occidentale, quod annos fere 40. duravit usque ad annum 1417. quo depositus fuit Benedictus XIII. Antipapa XXXV. Vide Antipapam XXXIV.

Urbanus VII. Romanus, Papa 232. a 15. Septembris 1590. ad 27. ejusdem mensis, & anni.

Urbanus VIII. Florentinus, Papa 239. a 6. Augusti 1623. ad 29. Julii 1644. Damnavit librum Jansenii (cui titulus, *Augustinus*,) anno 1641. 4. Martii.

Z

S. ZAcharias Græcus, Papa 92. a 30. Novembris 741. ad 14. Martii 752.

S. Zephyrinus Romanus, Papa 16. anno 202. ad 219. ineuntem.

S. Zosimus Græcus, Papa 42. a 18. Martii 417. ad 26. Decembris 418. Pelagium, & Cœlestium damnavit. Pelagiani postea a judicio Summi Pontificis appellaverunt ad Concilium Generale futurum: verum in Concilio Ephesino quod celebratum est anno 431. nequidem auditi sunt, dicentibus Patribus Ephesinis, causam jam dudum finitam esse.

Tenet (me in Ecclesia Catholica) ab ipsa sede Petri Apostoli, cui pascendas Oves suas post Resurrectionem Domi-

Dominus commendavit, usque ad præsentem Episcopatum successio Sacerdotum. Tenet postremo ipsum Catholicæ nomen, quod non sine causa inter tam multas Hæreses sic ista Ecclesia sola obtinuit, ut cum omnes Hæretici se Catholicos dici velint, quærenti tamen peregrino alicui, ubi ad Catholicam conveniatur, nullus Hæreticorum vel Basilicam suam, vel Domum audeat ostendere. Sanctus Augustinus Libro contra Epistolam Fundamenti, capite quarto.

QUÆSITA NONNULLA.

Quot, & qui Pontifices coluntur ut Sancti in Ecclesia?

76. Pontifices Romanos colit Ecclesia ut Sanctos, scilicet 33. primos qui omnes sub uno e decem Imperatoribus Paganis, videlicet Nerone, Domitiano, Trajano, & Adriano, Marco Aurelio, Severo, Maximino, Decio, Valeriano, Aureliano, Diocletiano, & Maximiano, sanguinem fuderunt pro Christo. 4. qui postea ab Hæreticis passi sunt, suntque Felix II. (secundum alios III.) Joannes I. Sylverius, & Martinus I., & 39. Confessores qui

sunt,

ſunt, Sylveſter I. Marcus, Julius I. Liberius, Damaſus I. Anaſtaſius I., & II. Innocentius I. Zoſimus, Bonifacius I., & IV. Cœleſtinus I., & V. Sixtus III. Leo I. II. III. IV., & IX. Hilarus, Simplicius, Felix III., & IV. Gelaſius I. Symmachus, Hormiſdas, Agapetus, Gregorius I. II. III. VII. Benedictus II. Zacharias, Paulus I. Paſchalis, Deusdedit, Agatho, Nicolaus I. Sergius I. Pius V.

Quot, & qui Pontifices inviti electi ſunt?

16. Numerantur. Clemens I. Bonifacius I. Gregorius I. IV., & VII. Benedictus III. Nicolaus I. Adrianus II. Victor III. Gelaſius II. Honorius II. Innocentius III. Cœleſtinus V. qui poſtea abdicavit, Nicolaus V. Pius V. Clemens XI. Benedictus XIII.

Quot, & qui juvenes ad Papatum aſſumpti?

8. Recenſet Guillelmus Burius, ſuntque Alexander I. ætate Juvenis (quot annorum, Auctores non narrant) ſed moribus ſenex. Joannes XI. anno ætatis 20. Joannes XII. anno 16. Bene-

dictus

dictus IX. anno 10. vel 12. vel ad summum. 18. Innocentius III. anno 30. Gregorius XI. anno 35. Bonifacius IX. an. 30. aut 34. Leo X. anno 30. aut paulo plus. Ex iis omnibus solus Innocentius III. in Pontificatu 18. annos sedit.

Qui mensem in Papatu non impleverunt?

Sisinnius sedit dies 20. tantum, Stephanus II. tres. Valentinus 30. Bonifacius VI. 15. Theodorus II. 20. Damasus II. 23. Cœlestinus IV. 17. Pius III. 26. Marcellus II. 22. Urbanus VII. 12. Leo XI. 25. unus ipso Electionis suæ die obiit, dictus per aliquot horas Gregorius XI. nepos Gregorii X.

Quot, & qui Pontifices humili loco nati?

18. Numerantur ab eodem Burio S. Petrus. S. Dionysius. Joannes XVII. Damasus II. Adrianus IV. & VI. Urbanus IV. Nicolaus IV. S. Cœlestinus V. Benedictus XI. Joannes XXII. Benedictus XII. Bonifacius IX. Alexander V. Nicolaus V. Sixtus IV., & V. S. Pius V. Pii V. tamen familia olim fuerat Bononiæ illustris.

Quot, & qui Pontifices optimæ notæ?

Præter 76. supra memoratos, sanctitate, quæ omnium est optima nota, multi adhuc fuere illustres Papæ, quos enumerare longius foret; inter hujus, & alterius sæculi Pontifices præsertim eminent Benedictus XIII. Clemens XI. Innocentius XI., & XII. Alexander VII. Clemens VIII., & plures alii.

Quot, & qui Pontifices notæ non ita bonæ?

Undecim recensentur a Burio, Sabinianus, Stephanus VII. Christophorus, Sergius III. Joannes XII. Bonifacius VII. Sylvester II. Benedictus IX. Joannes XXIII. Innocentius VII. Alexander VI.

Ne cui autem Theologiæ Candidato scandalum pariat non sat regularis Paparum aliquorum vita, observet hæc diligenter. 1. In tanto, id est 251. Pontificum numero, paucissimi, id est 11. tantum, pravis suis moribus Sedem Apostolicam dedecorarunt. 2. Sacrum 12. Apostolorum, & juxta aliquos septem Diaconorum Collegium suum habuit Judam, & Nicolaum; mirum ergo esse non debet, quod septemdecim sæculorum lapsu 11. Papæ male vixerint. 3. Id mali permisit Deus, ut ostenderet Religionem Christianam non in homi-

minum sanctitate, sed in Dei promissis ita fundatam esse, ut portæ inferi, (id est errores, hæreses, schismata, vitiaque omnia) adversus eam nunquam sint prævalituræ. 4. Si illi Pontifices a priorum Pontificum sanctitate desciverunt, at fidem orthodoxam semper retinuere.

Utrum una sit apud omnes numerandi Pontifices ratio?

Labbæus numerat tantum 237. Pontifices usque ad Alexandrum VII. inclusive, juxta quam supputationem hactenus fuerunt tantum 246. Papæ; Burius 256. alii plures, alii pauciores, nos virum eruditissimum in Historia Paparum adhuc manuscripta secuti, numeramus 251. discrimen oritur ex iis qui sortiti sunt nomen Joannis, Felicis, Stephani, Bonifacii, Martini, Benedicti, Sylvestri.

Legitimorum seriem Pontificum excipit Catalogus Antipaparum, qui sic vocantur, vel quod sine Canonica Electione sedem invaserint Apostolicam, vel quod alio legitimo vivente Pontifice Cathedram eandem tenere præsumpserint.

INDEX ANTIPAPARUM CHRONOLOGICUS.

I. ANtipapa Novatianus, circa annum 251. post electionem canonicam S Cornelii, invidia motus se Episcopum Romanum ordinari fecit a tribus Episcopis, quos antea inebriaverat. Novatiano Romæ adjunxit se alter schismaticus Presbyter Carthaginiensis, & ex Africa expulsus, cui nomen Novatus. *Vide Indicem Hæreseon, Verbo Novatiani.*

II. Antipapa Felix II. ordinatus ab Arianis anno 355. quo tempore exilium pro Fide Nicæna Papa Liberius patiebatur. Liberio Romam reverso anno 358. a Catholicis expulsus est Felix. Creditur Felix ab Arianorum partibus discessisse, a quibus multa passus, sancte obiit 22. Novembris anno 365. In martyrologio Romano 29. Julii numeratur inter sanctos Martyres, imo ab aliquibus inter legitimos Papas recensetur.

III. Antipapa Ursinus, seu Ursicinus, Diaconus Ecclesiæ Romanæ, ægre ferens, quod Sanctus Damasus I. sibi in Episcopatu Romano prælatus esset, electus

ctus est a quibusdam seditiosis anno 366. & ab uno tantum Episcopo ordinatus. Hoc schisma in seditionem illico mutatum est, & in Basilica in quam cum suis se receperat Ursicinus, interfecti sunt homines circiter 137. Postea Roma exire coactus, sed in Urbem mense Septembri anno 367. reversus, mense Decembri ejusdem anni ab Imperatore Valentiniano expulsus est.

IV. Antipapa Eulalius, Ecclesiæ Romanæ Archidiaconus, a quibusdam Presbyteris, & multis Laicis seditiose electus est 28. Decembris anno 418. sed postridie Sanctus Bonifacius I. a 70. Presbyteris, & 9. Episcopis in Urbe tunc præsentibus, & universa plebe unanimiter, & canonice electus est, ac Romam, unde exire coactus fuerat, rediit versus finem Aprilis anno 419.

V. Antipapa Laurentius, Archidiaconus Tituli S. Praxedis, eodem die contra jus omne ordinatus, quo Sanctus Symmachus Ecclesiæ curam suscepit, id est 22. Novembris 498. anno 500. Laurentius factus est Episcopus Nucerinus (*Nocera*) paulo post Romam rediit secreto. Schismatici ei adhærentes, rapinis, & cædibus Urbem impleverunt, quorum furorem ad necem quæsitus vix effugere potuit S. Symma-

chus,

chus, qui pluribus poſtea in Conciliis legitimus Papa declaratus eſt.

VI. Antipapa Dioſcorus eodem tempore electus eſt a nonnullis, quo Bonifacius II. id eſt anno 530. ſed Dioſcori morte poſt ſchiſma extinctum eſt.

VII. Antipapa Vigilius, loco Sancti Sylverii in exilium miſſi pro defenſione Concilii Chalcedonenſis, contra omnes æquitatis regulas electus eſt anno 537. Extincto tamen fame S. Sylverio in Inſula Palmaria canonice electus ſucceſſit Vigilius, qui poſtea Fidem Catholicam ſtrenue propugnavit, quaſi mutatus in virum alterum.

VIII. Antipapa Joannes, Archipresbyter Eccleſiæ Romanæ, electus a Clero, & Petrus Presbyter electus ab exercitu anno 686. ſed poſtea Clerus conſentiente exercitu Cononem utrique ſubſtituit:

IX. Antipapa Paſchalis, Archidiaconus Eccleſiæ Romanæ, & Theodorus Archipresbyter, a variis electi ſunt anno 687. Sed utroque rejecto, Papa creatus eſt S. Sergius I. eodem anno Theodorus canonicæ Sergii electionem adhæſit; ſolus Paſchalis reſtitit; ſed poſtea a Sergio ob varia crimina depoſitus, & carceri traditus, in ſuo ſchiſmate pertinax obiit poſt quinque annos.

X. Antipapa Theophilactus Archidia-

diaconus, ab aliquibus e Clero & populo electus, eo tempore quo a majori Cleri & populi parte eligebatur S. Paulus I. anno 757. sed brevi extinctum fuit illud schisma.

XI. Antipapa Constantinus, ex Laico intra sex aut septem dies Tonsura Clericali, sacris Ordinibus & Episcopatu insignitus, in Sedem Apostolicam vi intrusus, anno integro Pontificatum tenuit; sed postea a Populo Romano sede dejectus, oculis erutis Monasterio includitur, & ejus loco Stephanus IV. coronatur anno 768. 3. Augusti. Anno sequenti Constantinus in Concilio Romano damnatus, veniam schismatis, quam supplex petierat, obtinuit; sed postridie propter retractatam obedientiam, iterum condemnatus est.

XII. Antipapa Zinzinus, quædam suffragia obtinuerat: sed schisma præsentia sua extinxit Lotharius, Eugeniusque II. tamquam legitimus Papa agnitus est anno 824.

XIII. Antipapa Anastasius III., qui adhuc Presbyter Cardinalis depositus fuerat an. 853. a S. Leone IV. insurrexit adversus Benedictum III. canonice electum an. 855. sed a suis non multo post derelictus est, & schisma finem accepit.

XIV. Antipapa Sergius, Presbyter Eccle-

Ecclesiæ Romanæ electus fuit ab aliquibus ante Joannem IX. sed antequam ordinaretur, Roma expulsus est.

XV. Antipapa Leo VIII. vivente Joanne XII. electus adhuc Laicus 6. Decembris anno 963. sed revocatus a Romanis Joannes coacto Concilio Leonem deposuit.

XVI. Antipapa Bonifacius XII. invasit Sedem Sancti Petri post mortem Benedicti VI. & Domni II. anno 974. Excommunicatus fuit a Benedicto VII. Joannem XIV. Benedicti VII. successorem fame, aut veneno interfecit anno 985. Subita morte ipse periit circa finem ejusdem anni. Cadaver Antipapæ per plateas ignominiose tractum, ictibus confossum, tandem a paucis Clericis sepultum fuit. Bonifacium VII. supra inter legitimos Pontifices scripsimus 1. quia postea Papa CXCV. dictus est Bonifacius VIII. non VII. 2. quia in omnibus fere Paparum catalogis descriptus fuit.

XVII. Antipapa Joannes XVI. Episcopus Placentinus, vivente Gregorio V. vi & artibus Crescentii Consulis intrusus est anno 997. Anno sequenti a nobilibus quibusdam viris, abscissis lingua & naso, oculisque erutis, schismatis pœnas dedit.

XVIII. Antipapa Gregorius a Benedicto VIII. schismate se separavit circa

annum

annum 1013. ſed auctoritate Henrici Regis Germaniæ, qui Benedictum Romæ reſtituit, pax Eccleſiæ brevi reddita eſt.

XIX. Antipapa Silveſter III. antea Joannes, Epiſcopus Sabinenſis anno 1044. a Romanis poſt expulſum Benedictum IX. electus, ſed poſt dies quinquaginta ipſe ſede expulſus eſt. Benedictus autem novam veritus ejectionem, Pontificatum vendidit Joanni Archipresbytero, cui cognomen Gratianus, qui dictus eſt Gregorius VI. Miſeris illis temporibus tres Papæ numerabantur, Benedictus IV. Sylveſter III. & Gregorius VI. omnes ſancta Sede indigni.

XX. Antipapa Benedictus X. antea Joannes, Epiſcopus Veliternus manu armata a nonnullis ſeditioſis intruſus anno 1058. In Schiſmate decem circiter menſes permanſit, poſtea ad Nicolai II. canonice electi pedes provolutus veniam obtinuit, ea lege, ut ab Epiſcopalibus, & Sacerdotalibus Officiis maneret depoſitus.

XXI. Antipapa Honorius II. antea Cadolaus, Epiſcopus Parmenſis, paulo poſt canonicam electionem Alexandri II. anno 1061. factam, ab aliquot Epiſcopis & viris nobilibus Baſileæ Papa renuntiatur, congregato exercitu Romam petiit, bis victus Parmam ſe

rece-

recepit, & anno 1067. venia a legitimo Papa obtenta obiit.

XXII. Antipapa Clemens III. antea Guitbertus, Archiepiſcopus Ravennæ vivente S. Gregorio VII. 25. Junii 1080. a 30. Epiſcopis juſſu Henrici Imperatoris convocatis, intruſus; ſed a ſuis, poſt fugatum exercitum Longobardorum, qui contra Papam Gregorium VII. arma ſumpſerant, derelictus eſt anno 1084. & obiit circa annum 1100. ſedente Paſchali II.

XXIII. Antipapa Albertus circa an. 1100. ſucceſſit Clementi III. Antipapæ; ſed in ipſo die Electionis ſuæ ſchiſmaticæ a Catholicis in carcerem conjectus eſt.

XXIV. Antipapa Theodoricus eandem ſortem ſubiit, quam Albertus, tres circiter menſes poſt ſuam electionem.

XXV. Antipapa Silveſter III. antea dictus Maginulfus, electus circa annum 1102. Roma brevi expulſus fuit.

XXVI. Antipapa Gregorius VIII. antea Bourdinus, Diœceſis Lemovicenſis, & Archiepiſcopus Bracarenſis (*Braga in Portogallo*) intruſus auctoritate Imperatoris Henrici V. anno 1118. quem coronavit eodem anno 2. Junii. Anno 1121. Antipapa a Callixto II. in Monaſterio incluſus eſt, & paucos poſt annos ſedente Honorio II. obiit.

XXVII. Antipapa Anacletus II. dictus antea Petrus Leonensis, Cardinalis Presbyter Tituli S. Mariæ trans Tiberim, antea Monachus Benedictinus Cluniacensis, a quibusdam Cardinalibus electus anno 1130. ut contra Innocentium II. Schisma protenderet, thesauros, & sacra vasa præcipuarum Romæ Ecclesiarum furto sustulit. Obiit anno 1138. mense Januario.

XXVIII. Antipapa Victor IV. successit anno 1138. Anacleto II. Ejus Pseudo Papatus vix duos implevit menses; namque a suis derelictus Victor versus finem Maji Innocentio II. obedivit.

XXIX. Antipapa alter Victor IV. antea Octavianus, an. 1159. a tribus tantum Cardinalibus electus est auctoritate Friderici Imperatoris, Alexandro III. Papæ infensissimus, tandem anno 1164. mortuus est 22. Aprilis.

XXX. Antipapa Paschalis III. antea Guido, Cremensis Cardinalis, Victori IV. statim suffectus est a schismaticis 1. Augusti 1167. Fridericum Imperatorem coronavit Romæ; ubi mortuus est 20. Septembris sequentis anni.

XXXI. Antipapa Calixtus II. antea Joannes, designatus Episcopus Albanensis, successit Paschali III. Reconciliato Imperatore Friderico cum Alexandro III.

III. Calixtus veniam petiit, & obtinuit anno 1178. 29. Augusti.

XXXII. Antipapa Innocentius III. antea dictus Lando, a quibusdam pertinacibus schismaticis Calixto III. substitutus est; sed anno 1180. Alexandri III. Papæ jussu comprehensus, & inclusus fuit, sicque funestum, ac diuturnum illud schisma finem accepit.

XXXIII. Antipapa Nicolaus V. antea Petrus de Corbario, ex Ordine Sancti Francisci, vivente Joanne XXII. intrusus anno 1328. Biennio elapso Joanni Papæ traditus, & ab eo benigne exceptus, petitam absolutionem obtinuit; sed ne iterum turbas excitaret, in ipso Palatio Papæ Avenione incarceratus obiit mense Septembri anno 1333.

XXXIV. Antipapa Clemens VII. antea Robertus, ex Episcopo Cameracensi Cardinalis factus a Gregorio IV. anno 1371. Frater erat Comitis Genevensis, & idcirco dictus est Cardinalis Genevensis. Electus est a Cardinalibus Gallis 20. Septembris anno 1378. sedente Urbano VI. Obiit Avenione 16. Septembris 1394. regnante Bonifacio IX. Papa. A multis eo tempore ut legitimus habitus fuit.

XXXV. Antipapa Benedictus XIII. antea Petrus de Luna Cardinalis Arragoniæ 28. Septembris 1394. Clementi

VII. succeffit; poftea depofitus a Concilio Coftantienfi 26. Julii anno 1417. obiit in fchifmate pertinax 17. Novembris anno 1424. Ultra an. 30. in Pfeudo-Papatu vixit, & fex Pontificibus indefeffus obftitit, fcilicet Bonifacio IX. Innocentio VII. Gregorio XII. Alexandro V. Joanni XXIII. Martino V., & duobus Conciliis Pifano, & Conftantienfi.

XXXVI. Antipapa Clemens VIII. antea Ægidius Munionenfis, Canonicus Barcinonenfis, Benedicto XIII. fucceffit an. 1425. menfe Junio electus a tribus Cardinalibus.

XXXVII. Antipapa Benedictus XIV. viventi Clementi VII. fimoniace electo fuffectus eft ante 26. Junii 1426. ab uno Cardinali, qui priori Clementis electioni non interfuerat; fed brevi ab ipfo Cardinali fpretus, & derelictus eft. Clemens VIII. anno 1429. Martino V. legitimo Papæ fe fubjecit, & Epifcopatum Majoricenfem obtinuit.

XXXVIII. Antipapa Felix V. antea Amadæus a Sabaudia, electus in Concilio Bafileenfi tunc fchifmatico 30. Octobris anno 1430. a Cardinali Arelatenfi, & coronatus Bafileæ 24. Julii 1440. poftea Nicolao V. obedivit, a quo ita benigne exceptus fuit, ut Purpuram, Epifcopatum Sabinenfem, & Decanatum Sacri Collegii obtinuerit.

IN-

INDEX

PATRUM, ET DOCTORUM;

Quorum eſt frequentior mentio in Scriptis Theologicis, & Canonicis.

A

ACHAJÆ Presbyteri ii ſunt, qui Martyrii S. Andreæ Apoſtoli, cujus ſe teſtes fuiſſe aſſerunt, Acta ſcriptis mandaverunt primo ſæculo. Hæc acta a multis rejiciuntur tamquam ſpuria; ab aliis ut ſincera agnoſcuntur.

S. Ado Viennenſis, natus in Vaſtinio (*le Gatinois*,) verſus annum 800. educatus in Monaſterio Ferrarienſi, poſtea electus Abbas Prumienſis in Diœceſi Trevirenſi. Hinc Romam petiit, deinde Ravennam, poſtea Lugdunum. & a Rhemigio Lugdunenſi Archiepiſcopo præpoſitus Parochiæ S. Romani prope Viennam, anno 859. electus eſt & conſecratus Archiepiſcopus Viennenſis. Obiit circa annum 875 Inter ejus Opera, præcipua ſunt Martyrologium, & Chronicon a mundo condito uſque ad annum 875. Martyrologium

Adonis post Rosveidum Soc. Jesu iterum edidit, & illustravit D. Dominicus Georgj Romæ 1745.

Agobardus Lugdunensis Archiepiscopus an. 859. Ejus opera in unum collecta, & edita studio Cl. Stephani Baluzii 1666. Vide Præludia ejus Editionis.

B. Albertus Magnus, Germanus natione, ordine Dominicanus, S. Thomæ Magister, Episcopus Ratisponensis, obiit anno 1280. Ejus Opera 21. Tomis in folio continentur, typis impressa Lugduni, anno 1651.

Alcuinus Anglus, Diaconus Eboracensis (*York*) a Carolo Magno vocatus, in Galliam venit versus 790. & ab eo pluribus Abbatiis locupletatus ibi floruit ad annum 804. quo obiit die Pentecostes 19. Maji Turonibus (*Tours.*)

Alexander Halensis, Anglus, ex Ordine S. Francisci, Magister S. Bonaventuræ, plura scripsit Opera, ex quibus sola superest Summa Theologica. Obiit Parisiis 27. Augusti 1245.

Algerus ex Leodiensi Scholastico Cluniacensis Monachus an. 1130. Post Lanfrancum, & Guitmundum scripsit contra hæresim Berengarii lib. tres: in quibus nonnulla correctione digna animadversa sunt.

Amalarius Fortunatus Trevirensis Archiep. obiit an. 714. edito libro *de Sa-*

cro

cro Baptismate, qui falso attribuebatur Alcuino, donec verum Auctorem indicavit Jacobus Sirmondus in Notis ad *Theodulphi Aurelianensis Opera*. Contra vero Ludovici Pii jussu an. 827. conscripti libri quatuor *de divinis Officiis*, alias *Officiales* dicti, qui Amalario Episc. Trevirensi tribuebantur, Amalii Diaconi Metensis sunt, sive Amalarii: cum liber *de Ordine Antiphonarii* sit auctoris qui a Ludovico Pio se missum scribit ad Gregorium IV. Pontificem, ad cujus tempora non pervenit Amalarius Trevirensis. Ejusdem Amalarii Metensis est forte Forma Institutionis Clericorum, & Sanctimonialium in Aquisgranensi Concilio probata anno 816.

S. Ambrosius, natus versus 340. ordinatus die 7. Decembris 374. Archiepiscopus Mediolanensis, obiit an. 397. gloriosis pro Fide Catholica adversus Arianos præcipue, & eximie perfunctus laboribus. De Ecclesia pulchre loquitur libro de Salomone capite 4. „ Etsi undarum fluctibus, aut procellis sæpe vexatur, nunquam potest sustinere naufragium, quia in arbore ejus, id est cruce, Christus erigitur, in puppi Pater residet gubernator, proram Paracletus servat Spiritus.

Amphilochius Iconiensis in Lycaonia

nia Episcopus vivebat an. 392. ex Hieronymo de Script. Eccl. c. 133. Opera illi a variis attributa, & Græce, & Latine Parisiis edita sunt 1644. Homilia in S. Deiparam; & Simeonem, aliæque adscribuntur a quibusdam alteri Amphilochio Episc. Sidensi, qui interfuit Ephesino.

S. Anastasius, Abbas, Discipulus S. Maximi, pro defensione Fidei contra Monothelitas multa passus est. Exul obiit 24. Julii 664.

Anastasius Apocrisiarius, id est Nuncius Ecclesiæ Romanæ, eadem ferme a Monothelitis passus est, quæ alter Anastasius mox laudatus. In quodam castello conclusus fuit anno 666.

Anastasius Bibliothecarius, Abbas Romanus, floruit sæculo IX. Interfuit Concilio Generali VIII. id est Cp. IV. Multa Acta collegit contra Monothelitas; alia etiam scripsit, & præcipue vitas RR. PP. & vixit sub Pontificatu Joannis VIII. qui electus anno 872. obiit anno 882. Incertus est mortis Anastasii annus.

Anastasius Nicænus circa annum 698.

Anastasius Sinaita Patriarcha Antiochenus, sive Theopolitanus an. 561.

S. Andreas Cretensis, natus Damasci, Monachus Jerosolymitanus, a Theodoro Patriarcha Jerosolymitano missus

fuit ad Concilium Generale VI. anno 680. ubi strenue se gessit adversus Monothelitas. Postea ordinatus fuit Archiepiscopus Cretæ, & obiit, juxta quosdam, anno 720., juxta alios 723. Ejus Festum celebratur a Græcis 4. Julii. Celebres sunt ejus Homiliæ.

Antegisus Abbas Fontanellensis IV. Libros Capitularium vulgavit 827. quos velut publicum legumFrancicarum Codicem Regia auctoritate probatum a Ludovico Pio, & a Carolo Calvo laudatum probat Stephanus Baluzius in Præf. ad Capitularia.

S. Anselmus, natus circa an. 1033. Ordini S. Benedicti in Monasterio Beccensi (Gall. *du Bec en Normandie*,) nomen dedit circa annum 1060. Prior Beccensis, Abbas S. Stephani Cadomensis (*Caen*,) Archiepiscopus Cantuariensis in Anglia (*Cantorberi*,) successive electus fuit. Obiit an. 1109. Multa sunt, eaque eximia S. Anselmi Opera.

Anselmus Laudunensis Ecclesiæ Scholasticus, convenientes ex SS. PP. sententias excerpens, totum vetus, ac novum Testamentum interlineari, & marginali Glossa illustravit, quæ cum Glossa Ordinaria Hugonis a S. Caro, & Nicolai de Lira, aliorumque aditamentis edi solet.

S. Antoninus, natus Florentiæ an-

no 1389. 16. annos natus Sancti Dominici institutum amplexus, variisque decoratus in suo Ordine dignitatibus, Archiepiscopus Florentinus designatus fuit anno 1446. Obiit anno 1459. ab Adriano VI. in numerum Sanctorum relatus est an. 1528 Summam Theologicam, & Historicam, aliaque Opera scripsit.

S. Antonius, natus an. circiter 250. Abbas, Ægyptius, Anachoretarum Pater, obiit 356. ætatis 105. Vitam ejus scriptis commendavit S. Athanasius. Miro fuit S. Antonius contra Arianos, cæterosque Ecclesiæ hostes zelo, ut constat ex his ejus verbis. „ schisma-
„ ticorum quoque, & hæreticorum ve-
„ nena vitate, meumque circa eos
„ odium consectamini, quia Christi sunt
„ inimici: scitis ipsi quod nullus mihi,
„ nec pacificus quidem sermo cum eis
„ aliquando fuerit, propter eorum
„ pravam voluntatem, & pertinax con-
„ tra Christum bellum.

Antonius Monachus, & Abbas Ægyptius conscripsit libros duos Sententiarum, sive Capitum Theologicorum de virtutibus, & vitiis ex PP. collectorum: qui loci Melissæ, sive Favi inscribuntur. Ultimum e Patribus citat Joan. Damascenum, ut videatur vixisse non diu post viii. seculum, aut paulo post: quare alius est

est a S. Antonio vitæ Monasticæ auctore.

S. Antonius de Padua, natus Ulissipone (*Lisbona* ,) anno 1195. relicto Instituto Canonicorum Regularium, quod amplexus fuerat, Ordinem S. Francisci adhuc viventis ingressus est. Obiit Paduæ (unde cognomen accepit) 13. Junii 1231. annos natus 36. Scriptis, Sermonibus, & frequentibus miraculis multos ad Fidem, & bonos mores convertit.

Aquila, & Theodotion, ambo ex Paganis Christiani, & postea Judæi, ob translatam in Græcum Scripturam Sacram Veteris Testamenti celebres. Primus Synope in Ponto natus, Versionem suam aggressus est circa annum 150. Alter circa annum 180. Accuratior est Theodotion, quam Aquila. His adjungimus Symmachum genere Samaritanum, qui ad Judæos, deinde ad Ebionitas defecit: nonam Veteris Testamenti translationem Græcam condidit. Floruit circam annum 201.

Arnobius, Africanus, Philosophus, ex Pagano Christianus, scripsit contra Gentiles circa annum 304.

Arnobius Junior vixit sæculo V. circa annum 460. Presbyter fuit. Quasdam opiniones Discipulorum S. Augustini impugnavit, & Presbyteris Massiliensibus se adjunxit.

S. Athanaſius, intrepidus Fidei defenſor, contra Arianos, alioſque ſui temporis Hæreticos, cum S. Alexandro Patriarcha Alexandrino, cujus erat Diaconus interfuit Concilio Nicæno. Patriarcha Alexandrinus conſecratus fuit circa 326. Obiit 2. Maji 573. poſt confirmatam plurimis Operibus Eccleſiæ Doctrinam.

Athenagoras, Athenienſis, Philoſophus Chriſtianus, Apologiam pro Chriſtianis circa annum 165. Græce ſcriptam obtulit Imperatoribus.

S. Auguſtinus, natus Tagaſtæ anno 354. converſus anno 387. Presbyter anno 391. Epiſcopus anno 395. obiit anno 430. quo indictum fuit Concilium Epheſinum ad quod convocatus fuerat. Summi vir ingenii, & Catholicæ Fidei zelator indefeſſus, omnes hæreticos debellavit Scriptis, ſed præſertim Manichæos, Arianos, Donatiſtas, Pelagianos, & Semipelagianos. Certa quædam ſunt effata Sancti Doctoris, quæ juniorum, imo & ſeniorum Theologorum mentibus utinam eſsent alte infixa! Nolle (inquit *Libro de Utilitate credendi*) Eccleſiæ primas dare, vel ſummæ impietatis eſt, vel præcipitis arrogantiæ. Et *libro contra Epiſtolam Manichæi:* Evangelio non crederem, niſi Eccleſiæ Catholicæ me moveret auctoritas.

Avi-

Avitus (Sextus Alcimus Ecdicius) consecratus fuit post patrem suum Isicium Archiepiscopus Viennensis, sexto ineunte sæculo; nobilitate generis, vitæ sanctitate, Doctrina celeberrimus. Præfuit Concilio Epaonensi anno 517. & obiit anno 523.

B

S. BArnabas, de quo in Actis Apostolorum, S. Pauli socius, Epistolam scripsit satis prolixam a Clemente Alexandrino, & aliis antiquis citatam. Ut genuinum S. Barnabæ Opus nunc a nonnullis Criticis existimatur.

S. Basilius (Magnus dictus) Cæsareæ in Cappadocia Episcopus, anno 370. obiit anno 378. Plurima quæ ad nos pervenere tanti Doctoris Scripta summam pietatem, profundam scientiam, consummatissimam eloquentiam ostendunt. Pro veritate orthodoxa firmissimus, graves toto vitæ suæ cursu lites exercuit cum Eunomianis, Sabellianis, Arianis, aliisque Hæreticis, a quibus multa passus est.

Basilius Seleuciensis an. 382.

Beda, cognomento Venerabilis, natus in Anglia anno 672. septennis puer commissus est curæ Benedictinorum, in quo-

quorum Instituto crevit, & consenuit. Obiit anno 735. Summam doctrinæ & pietatis post se famam reliquit. Extant plurima Ven. Bedæ Scripta, inter quæ principem locum tenet *Historia Ecclesiastica* Gentis Anglorum a primo Julii Cęsaris in Britanniam adventu ad an. 731.

S. Benedictus Abbas, Italus, natus Nursiæ in Provincia Umbriæ circa an. 480. Roma, quo bonis litteris erudiendus missus erat, in Eremum Sublacensem secessit anno 494. Relicto Sublaco an. 528. montem Cassinum petiit, ubi circa annum 543. obiit. Scripsit Regulam Monachorum, quorum Caput, & veluti Patriarcha in Occidente merito dicitur,

Benedictus Levita an. 861.

S. Bernardinus Senensis, a frequenti Urbis Senensis incolatu sic appellatus, ex Ordine S. Francisci, obiit an. 1444. 20. Maji, quo festum ejus colitur, 61. aut 63. ætatis anno. Sanctorum catalogo adscriptus est a Nicolao V. an. 1450. Concionator fuit sermone potens, & opere.

S. Bernardus, primus Claravallensis Abbas, natus est anno 1090. in castro Fontanis (*Fontaine*) prope Divionem. Obiit anno 1153. natus annos 63. post fundata in variis terræ regnis, & provinciis 160. Monasteria. Fuit S. Bernardus seculi sui decus singulare, Paparum,

parum, Episcoporum, Regum, Principum doctrina, sanctitate, miraculis quasi Magister, & Oraculum, Hæreticorum Abælardi, Petri Brusii, & Henrici ejus discipuli quasi flagellum.

Berno Augiensis Abbas ad an. 1014. ad 1045. diversus a Bernone Cluniacensi Abbate I. qui Hincmari Senioris Auditor fuerat. Ejus est liber *de Officio Missæ*, sive de rebus ad Missæ Officium pertinentibus.

Bibliotheca Patrum est collectio plurimorum Operum a sanctis Patribus, aliisque Scriptoribus Ecclesiasticis compositorum. Plures diversis temporibus prodierunt ejusmodi Bibliothecæ. Omnium copiosissima edita est Lugduni anno 1677. viginti septem Voluminibus in folio.

Bibliotheca Orientalis ex MSS. præcipue Vaticanis edita est novissime per Cl. Assemanni.

Boetius (Anicius Manlius Torquatus Severinus) vir nobilis, & doctus, post gestum Consulatum an. 510. sub Theodorico Italiæ Rege, ejus jussu in carcerem Papiæ conjectus capite damnatus fuit an. 524. Inter Opera ejus Philosophica celebres sunt de Consolatione Philosophiæ libri quinque soluta, & stricta oratione scripti. Opus etiam Theologicum vulgavit adversus Eutichen, & Nestorium

de

de duabus Naturis, & una Persona Christi, & aliud de Trinitate.

S. Bonaventura natus est in Etruria anno 1221. Ordinem Fratrum Minorum ingressus anno 1243. Doctor Parisiensis anno 1255. totius Ordinis sui Minister Generalis anno 1256. Episcopus Albanensis, & Cardinalis anno 1272. Interfuit Concilio Œcumenico Lugdunensi II. anno 1274., sed paucis post primam sessionem diebus obiit 14. Julii, a Sixto IV. canonizatus anno 1482., a Sixto V. Doctor Ecclesiæ declaratus anno 1588. S. Bonaventura fuit morum suavitate Deo, hominibusque amabilis, & Luthero ipso teste, vir præstantissimus. Ejus Operum octo tomis in folio contentorum lectionem commendat Gerso, tamquam maxime idoneam, & menti illustrandæ, & cordi ad pietatem accendendo.

S. Bonifacius Anglus, & Moguntinus, Archiepiscopus a Frisiis Paganis cæsus 754. Epistolas scripsit ad Gregorium II., & III., & Zachariam Pontifices, atque ad Proceres Francorum, quæ collectæ sunt a Nicolao Serario.

S. Bruno, Patria Coloniensis, Canonicus Rhemensis, & scholarum Magister, Sacrum Carthusianorum Ordinem fundavit anno 1084. Obiit anno

1101.

1101. 6. Octobris. In Cœlitum album relatus a Leone X. anno 1514. Multa ei a quibusdam tribuebantur Opera, quæ sancto Brunoni Astensi Episcopo Signiensi vindicanda sunt. Duæ tantum Epistolæ ex Eremo Calabriæ ab ipso scriptæ creduntur; una ad Radulfum Viridem, Ecclesiæ Rhemensis Præpositum exhortatoria ad fugiendum mundum, altera ad suos Majoris Carthusiæ incolas.

Burchardus Vormatiensis Episcopus Magnum illud Canonum volumen edidit collaborante sibi in hoc Magisterio suo Olberto Abbate, ait Sigebertus in Chronico ad an. 1008. Ut haberent Juniores Cleri ejus Diœceseos, unde jura Canonica, & præsertim Pœnitentiarum formas admodum confusas discerent, inquit idem Burch. in Epist. Præfationis loco.

C

S. CÆsarius, primum Monachus, & Abbas Lirinensis, postea Archiepiscopus Arelatensis anno 502. obiit anno 543. aut 544. Præfuit multis Conciliis in Gallia celebratis, & ipsi Concilio Arausicano II. (*Orange*). Fuit illustris pietate, & doctrina, appellatur a doctis Benedictinis in nova sua Historia

Galliæ

Galliæ Litteraria *Augustinus Galliarum*, propter propugnatam ab ipso Sancti Augustini Doctrinam.

Cajus, Presbyter Romanus, vivebat sub Pontificatu Victoris I. & Zephirini, id est desinente seculo II. & III. ineunte. Plura Opera scripsit, quorum aliqua tantum superfunt fragmenta apud Eusebium, & Photium.

Canones Apostolici, dicti vulgo Canones Apostolorum, 85. numerantur, sed 35. posteriores, peritorum omnium judicio, apocryphos esse certum est; nunquam enim ab Ecclesia Romana fuerunt recepti; & revera Canon 6. statuens pœnam depositionis, aut excommunicationis in eos, qui die Sabbati jejunant, ab Ecclesiæ universalis usu abhorret: Canon 85. a Scripturis Canonicis (quibus falso annumerat tertium librum Machabæorum) ablegat libros Judith, Tobiæ, Sapientiæ, Ecclesiastici, sicut & Epistolam S. Judæ, & Apocalypsim S. Joannis. Nunc Critici cum Albaspinæo, Cabassutio, &c. existimant 50. priores non esse genuinum Apostolorum opus, sed tamen esse valde antiquos agnoscunt, & collectos ex pluribus Conciliis ante Synodum Nicænam celebratis a viris Apostolicis, id est ætatis Apostolorum supparibus.

Caro-

Carolus Magnus, Franciæ Rex anno 768. Romæ Occidentis Imperator consecratus 25. Decembris anni 800. obiit anno 814. 28. Januarii ætatis anno 72. nondum completo. In Tractatu de Incarnatione, ubi de cultu sacrarum Imaginum, citantur Libri Carolini, quos fatentur nunc omnes pœne Critici jussu Caroli Magni fuisse scriptos.

Cassianus. Vide Joannes Cassianus.

Cassiodorus (Magnus Aurelius Senator) natus in Lucania circa annum 470. post gesta cum laude varia Reipublicæ munia, Consul creatus est anno 514. Sæculo vale dixit annos natus fere septuaginta: monasterium in extremis Calabriæ finibus a se ædificatum rexit; studio ac pietati vacans, in senectute bona obiit anno ætatis plusquam 93.

S. Chromatius Aquilejensis, alias Romahanus Episc. quem *sui temporis Episcoporum doctissimum, & Sanctissimum* vocat S. Hieron. Præf. in LL. Paralip. Homilias aliquot scripsit circa an. 400., quarum tres cum fragmentis aliarum supersunt in Bibliotheca PP. At Epistolæ sub nomine Chromatii, & Heliodori ad Hieronymum, & hujus Responsio, in qua agitur, de Nativ. B. Virg. & de Martyrologio, quæ inter opera S. Hieron. relatæ habentur,

sup-

ſuppoſititiæ ſunt, ut Baronius probat.

S. Chryſoſtomus (Joannes) ſic dictus ob eximiam, & vere auream, quâ in publico perorabat, eloquentiam; natus eſt Antiochiæ circa annum 354. Diaconus Eccleſiæ Antiochenæ anno 381. Presbyter anno 386. Patriarcha C. P. anno 398. obiit in exilio anno 407. In Sancto Eccleſiæ Doctore exquiſita fuit rerum Divinarum peritia, dicendi, & ſcribendi ſumma facilitas: Judæos, Gentiles, Arianos &c. docte admodum confutavit.

Edidit Græce, & Latine Tomis XIII. ejus opera Bernardus de Montfaucon Pariſiis 1718.; & ad Codices MSS. emendavit.

Clemens Alexandrinus, Presbyter, & Scholæ Alexandrinæ Præfectus obiit circa annum 220. Plura ſcripſit volumina, plena, inquit S. Hieronymus *de Scriptoribus capite octavo*, eruditionis, & eloquentiæ tam de Scripturis divinis quam de ſæcularis litteraturæ inſtrumento.

S. Clemens I. Papa IV. S. Pauli comes, & adjutor, de quo ad Philippenſes 4. v. 3. Martyr occubuit anno 100. 13. Novembris. Scripſit duas ad Corinthios Epiſtolas, quarum prima fere integra ad nos pervenit; alterius unum ſupereſt fragmentum. Luculentum ex initio hujus ſecun-

cundæ Epistolæ habetur Divinitatis Christi argumentum, his verbis: Fratres, ita nos sentire oportet de Jesu Christo tamquam de Deo, tamquam de Judice vivorum, ac mortuorum.

Constantinus Magnus I. Imperator Christianus, natus est anno 272. an. 306. Imperator, Anno 312. Crucis e Cœlo rutilantis aspectu roboratus Tyrannum Maxentium devicit, & primus tantæ victoriæ fructus fuit ejus conversio ad Fidem. Anno 325. Concilio Nicæno I. præsens adfuit, ejusque decretorum semper fuit tenacissimus, licet Eusebii Nicomediensis artibus deceptus, ea quandoque fecerit, quæ Arianis facere viderentur. Obiit an. 377. ætatis suæ 66. Multas scripsit Orationes, & Epistolas.

Constitutiones Apostolicæ non sunt Opus Apostolorum, sed Auctoris tertii aut quarti seculi, qui se Clementem, Apostolorum discipulum falso jactitat. Legendum opus Jo: Baptistæ Cotelerii Sorbonici, cui Titulus: *SS. PP. qui temporibus Apostolicis floruerunt, Barnabæ, Clementis, Hermæ, Ignatii, Polycarpi, Opera edita, & inedita vera, & supposititia, & cæt. ex MSS. Codicibus cum versionibus, notis, & novis accessionibus in edit. Antuerpiensi* 1698.

Sanctus Cyprianus Carthaginiensis a Cæcilio Presbytero (cujus deinceps nomen

men assumpsit) ætate jam provecta baptizatus circa an. 246. Presbyter circa finem anni 247. & Episcopus Carthaginiensis anno sequenti ordinatus est: Obiit Martyr 14. Septembris anno 258. Assidue Scripta Tertulliani Magistri sui evolvebat, & ipse pluribus Operibus, quæ Sanctus Hieronymus vocat sole clariora, Ecclesiam ditavit.

S. Cypriani Opera edidit accurate Jacobus Pamelius 1568. Eadem edita Amstelodami an. 1700. recognita, & illustrata a Joanne Fello, qui se Oxoniensem Episcopum dicit, cum Annalibus Cyprianicis Joannis Pearsonii; & Dissertationibus Cyprianicis Henrici Doduellii. Tandem edita Parisiis cura Stephani Baluzii, & per Maurinum Monachum absoluta 1726.

S. Cyrillus Alexandriæ natus, & ejusdem urbis Patriarcha, anno 412. obiit anno 444. Concilio Ephesino Generali III. anno 431. præfuit nomine S. Cælestini I. Papæ. Hereticos omnes, Novatianos in primis, & Nestorianos indefesso studio, & mirabili successu impugnavit. Ejus Opera magno semper in pretio habuere Catholici.

S. Cyrillus Jerosolymitanus, primum Catecheseon Magister, deinde Episcopus Jerosolymitanus anno 350. adfuit Con-

cilio

cilio CP. Generali II. anno 381. Editionem Græco-Latinam curavit Augustinus Touttèe, Maurinus Parisiis 1720. Inter ejus opera celebres sunt Catecheses Mystagogicæ ab eo adhuc adolescente, & ex tempore Jerosolymis prolatæ ad erudiendos tum accedentes ad Baptismum, tum recens Baptizatos; in iis Catholica doctrina de præsentia reali, & substantiali Corporis, & Sanguinis Christi in Eucharistia evidenter adstruitur: & inde est quod Novatores nostri eas Cyrillo abrogare nituntur. Ipsi tribuendas aperte demonstrat ipse Casaubonus, Calvinista celebris.

D

DEcretales seu Epistolæ Paparum trium priorum sæculorum collectæ ab Isidoro Mercatore versus finem VIII. sæculi, nunc ab omnibus fere Criticis etiam Catholicis rejiciuntur tamquam suppositæ, nec unquam a Pontificibus, quorum nomine inscribuntur, compositæ. Excipienda tamen est prima Epistola Sancti Clementis I. Papæ ad Corinthios, quæ ad nos usque pervenit cum fragmento secundæ.

Decretum Eugenii IV. Summi Pontificis ad Armenos continet compendio-

sas

ſas Inſtructiones datas Armenis circa Sacramenta, & Dogmata definita contra Eutychetem, & Monothelitas, quorum erroribus antea adhærebant. Decretum Eugenii datum fuit in publica Seſſione Synodali celebrata in Eccleſia majori Florentiæ anno 1439. 23. Decembris. Eſt & Decretum aliud ejuſdem Papæ pro inſtructione Jacobitarum.

Didymus, Alexandriæ natus anno circiter 309. utriuſque oculi uſu quinquennis puer licet orbatus, in omni eruditionis genere excelluit. Totam Scripturam Commentariis, & Dogmata plurima in Operibus ſuis expoſuerat. Obiit nonagenarius circa finem ſæculi quarti. Pauciſſima ejus ſcripta ſuperſunt. Diſcipulos habuit S. Hieronymum, & Rufinum. Adverſus omnes Hæreticos, præſertim Arianos, validiſſime diſputavit.

S. Dionyſius Alexandrinus, Diſcipulus Origenis; Presbyter factus ſcholam Catechiſticam tenuit. Epiſcopus Alexandriæ ordinatus anno 247. Obiit circa annum 265. Vocatus ad Synodum Antiochenam, per litteras ſententiam ſuam indicavit de Paulo Samoſateno, quem ne ſalutatione quidem dignatus eſt. Accuſatus fuit apud Sanctum Dionyſium Papam, quod ſcribens adverſus

Sa-

Sabellium, in errorem oppositum impegisset, dicendo Filium Dei esse creaturam; Litteris Apologeticis ab hoc errore se purgavit.

S. Dionysius Areopagita, id est Areopagi Senator, a S. Paulo Apostolo ad Fidem conversus Athenis circa annum 50. Christi. Utrum in Gallias venerit; utrum Parisiensis Episcopus fuerit,& inMonte-Martyrum prope Parisios Martyr obierit; utrum auctor fuerit Operum, quæ sub ejus nomine vulgata sunt, ampla est disputandi, scribendique materies. Sententia nunc communis Gallorum, & Parisiensium est cum Sirmondo, & Launojo, S. Dionysium Areopagitam esse omnino distinctum a S. Dionysio Parisiensi. Græco-latina editio operum, quæ sub ejus nomine recepta sunt, cum Scholiis Maximi Monachi, & Georgii Pachimeræ Paraphrasi prodiit Antuerpiæ 1634. studio Balthassaris Corderii e Soc. Jesu: cæterum eos libros post Hypatium Ephesinum Episcopum in Collatione Constantinopoli inter Catholicos, & Severianos habita an. 532. Cajetanus, & Valla, & Erasmus, & plurimi alii negant esse S. Dionysii, quod nulla mentio eorum librorum fiat ab Eusebio, a Hieronymo; aliisve ante S, Gregorium Magnum sæ-

culo VI. Alias etiam addunt rationes: quibus Defenſores reſpondent cum Natali Alexandro & aliis. A Dionyſio Alexandrino ſcripta fuiſſe quædam Scholia in Areopagitæ Opera teſtatur Maximus Monachus, niſi Dionyſium Rhetorem confundit cum Alexandrino. Eumdem a Cyrillo memorari Liberatus in Breviario, & a Chryſoſtomo dictum eſſe *Volucrem Cæli* Anaſtaſius Bibliothecarius annotavit. Prodiit anno 1603. Coloniæ Gerardi Voſſii ſtudio ad Calcem Tomi 3. Operum S. Ephrem, Sermo S. Jo. Chryſoſtomi antea parum cognitus, in quo leguntur ea verba quæ Anaſtaſius memorat. Photius in Bibliotheca ait ſe legiſſe librum Theodori Presbyteri, quo demonſtrabat genuina eſſe Opera S. Dionyſii. Gregorius M. Hom. 24. in Evangelium hunc vocat Antiquum, & Venerabilem Patrem.

Dionyſius Carthuſianus natione Germanus, Diœceſis Leodienſis (*Liege*) obiit in Carthuſia Ruræ-mundæ in Belgio (*Ruremonde* ,) anno 1471. ætatis 69. profeſſionis 48. vir morum ſanctitate, & eruditione clarus; ſcripſit in omnes utriuſque Teſtamenti, & Magiſtri Sententiarum libros. Numero Opuſculorum parem fere habuit neminem inter Latinos.

Dio-

Dionysius Exiguus a pusilla corporis statura, sed doctrina, & sanctitate magnus, natione Scytha, professione Monachus, & Abbas Romanus, obiit circa annum 550. aut aliquanto ultra, sed ante annum 556. Primus annos ab Incarnatione Christi supputavit. Opera ejus duo præcipua fuerunt, Codex Canonum Ecclesiasticorum, & Collectio Decretorum Pontificum Romanorum a Siricio ad Anastasium II.

Diptycha erant Tabulæ Ecclesiasticæ continentes nomina præcipue orthodoxorum Episcoporum, sive mortuorum, sive vivorum, quæ recitabantur inter Missarum Solemnia. *Tria Diptychorum genera distinguit Card. Bona l. 2. Rer. Liturgic. c. 12.*

S. Dominicus, Hispanus, ex Canonico Regulari Ecclesiæ Oxomensis, Ordinis FF. Prædicatorum Author 1215., qui Ordo approbatus fuit ab Honorio III. anno 1216. *ex Nat. Alexand.* S. Dominici ingenium, & virtus maxime enituit in refellendis Mahumetanorum, & Albigensium Hæreticorum erroribus. Bononiæ obiit 4. Augusti anno 1221. & relatus in numerum Sanctorum a Gregorio IX. *De Scriptis S. Dom. Vid. Nat. Alexand.*

E

S. ELigius, patria Lemovicensis; professione Aurifaber, Dagoberto I. Francorum Regi familiaris, & postea Noviomensis (*Noyon*) Episcopus anno 646. obiit circa annum 663. Alii aliter ejus annos computant; dicunt Episcopum fuisse anno 640., & obiisse anno 659. Conciones quasdam, & Homilias ad populum habuit, quarum aliquæ supersunt.

Ennodius (Marcus Felix) Episcopus Ticinensis ab an. 490. ad 521. libellum *Apologeticum* edidit pro Symmacho, & quarta Synodo Romana sub eodem contra Schismaticos calumniatores. Liber is scriptus an. 503., & approbatus in V. Synodo laudatur sub nomine Symmachi. Epistolarum præterea libros novem scripsit, & varia opuscula edita a doctissimo P. Sirmondo, & inserta Tom. IX. Biblioth. PP. Ed Lugd.

S. Ephrem, Diaconus Edessenæ Ecclesiæ in Syria, obiit circa annum 378. in Episcopum electus, statim in forum procurrit, & simulata dementia ordinationi se subtraxit. Hæreticos vehementer detestatus est, eorumque frau-

des

dės mira dexteritate ſæpe detexuit, & refutavit. Ejus Opera, quæ pene omnia aſcetica ſunt, tanto olim in honore habita fuerunt, ut poſt Scripturam Sacram publice in quibuſdam Eccleſiis legerentur. Editionem cum accuratiſſima verſione Operum S. Ephrem curarunt ab anno 1732 Petrus Benedicti Soc Jeſu, tum D. Joſeph Aſſemanni.

S. Epiphanius, Salaminæ in Cypro Epiſcopus circa annum 378. obiit circa annum 402. nonagenario major. Multa ſcripſit, ſed præcipue adverſus hæreſes octoginta. Panarium inſigne illud Opus veluti præſentiſſimum adverſus omnes hæreſes continet pharmacum: ſcripſit etiam Anchoratum, quod eſt veluti completa Fidei expoſitio ad continendos in fide homines idonea, inſtar anchoræ.

Evagrius, Epiphaniæ quæ eſt urbs Syriæ, natus circa annum 537. quadriennis Grammaticorum ſcolas, poſtea Antiochiæ forum frequentavit: unde *Scolaſticus* dictus eſt. Ejus mortis annus incertus. Scripſit Hiſtoriam Eccleſiaſticam ſex libris contentam ab anno 431. quo damnata eſt hæreſis Neſtorii, uſque ad annum 594.

S. Eucherius ex Monacho Lirinenſi factus eſt Epiſcopus Lugdunenſis anno

 434.

434. obiit circa annum 454. Antequam in solitudinem secederet, matrimonium inierat, ex quo duos habuit filios, Salonium, & Veranium Episcopatus dignitatem postea adeptos. Eximium, & continua lectione dignum Opusculum composuit de Contemptu mundi. Sermones ejus eloquentissimi passim in Breviariis novis leguntur. Alium fuisse etiam Eucherium, Lugdunensem item Episcopum, VI. sæculo quidam autumant, sed immerito.

Eusebius, Emissenus in Syria Episcopus, floruit anno 341. & obiit circa annum 360, Arianæ fuit, juxta S. Hieronymum, signifer Factionis. Scripsit multas, sed breves Homilias: quæ tamen hactenus sub Eusebii Emisseni nomine vulgatæ sunt, non ipsi, sed partim S. Eucherio Lugdunensi, partim nonnullis aliis tribuendæ sunt.

Eusebius Pamphili, sic dictus ab arctissima ejus cum S. Pamphilo Martyre amicitia; natus est circa an. 270. Fuit Episcopus Cæsariensis anno circiter 315. anno 325. interfuit Concilio Nicæno, in quo ad Imperatorem Constantinum panegyrim habuit. Obiit circa annum 340. multa scripsit Opera (præsertim Historiam Ecclesiasticam) per quæ de Ecclesia, & eruditis omnibus bene meritus fuisset, nisi aliunde Arianis aperte favisset.

S. Eu-

S. Eusebius, Vercellensis Episcopus, natione Sardus, missus est a Liberio Papa ad Constantium Imperatorem tunc in Gallia degentem an. 354. a quo obtinuit, ut Episcoporum cœtus celebraretur. Obiit circa annum 370. & colitur ut Martyr in Ecclesia Romana d. 16. Decembris, & revera ab Arianis exilium, famem, sitim, verbera, aliaque diversa supplicia perpessus est. Extant nonnullæ ejus Epistolæ, quæ robur Apostolicum, & religionem ejus sapiunt.

F

FAcundus, Hermianensis in Africa Episcopus, floruit anno 540. Obiit post annum 550. Fuit acerrimu trium Capitulorum defensor, in quo sane erravit: nam ab universa Ecclesia in Concilio Cp. II. Generali V. damnata sunt anno 553.

Faustus, ex Britannia Aremorica oriundus (*Basse Bretagne*,) Presbyter, & Monachus Lirinensis, postea Episcopus Regiensis (*Riez en Provence*,) obiit fere centenarius circa annum 484. Præsul pius, & doctus, cujus festum celebratur die 16. Januarii in Ecclesia Regiensi. Lucidum Prædestinatianum ab errore revocavit per Epistolam, quam

 pri-

primo Synodus Arelatensis undecim; deinde Lugdunensis 27. Episcoporum, subscriptionibus suis confirmarunt. Illarum Synodorum impulsu scripsit libros de Gratia, & libero Arbitrio. Faustum multi Semipelagianum fuisse credunt, imo aliqui cum mala fide, & pertinaci animo errasse dicunt.

Ferrandus Diaconus Carthaginiensis S. Fulgentii Ruspensis, cujus vitam scripsit discipulus. Claruit anno 535. usque ad 550. quo circiter mortuus esse creditur. Scripsit multas Epistolas, & ex iis aliquas in gratiam triumCapitulorum.

S. Flavianus Patriarcha Cp. consecratus anno 447. obiit anno 450. a Dioscoro, Chrysaphio, aliisque Eutychianis plurimis affectus suppliciis.

Flodoardus, Rhemensis Canonicus, & Culmisiacensis Parochus, deinde Monachus, scripsit Chronicon ab an. 917. ad 966. quod mutilum fere quatuor primis annis prodiit primum opera Pet. Pithæi, adjecta aliquot annorum Appendice. Scripsit & Historiam Antistitum Rhemensis Ecclesiæ libris IV. comprehensam ad annum 948., quæ Sirmondo primum curante typis mandata est: Plura eum scripsisse de Vitis Sanctorum metrice testis est *Joannes Bunderius*, qui vivebat an. 1550. in Indi-

ce MSS. Codicum Belgii ap. Nat. Alex. sæc.X. cap. 3. ar. 39. Obiit anno 966.

Florus, *Magister* dictus, Diaconus Lugdunensis, floruit anno 837. Præclara eruditione tantum sibi nomen comparavit, ut ab Ecclesia Lugdunensi electus sit ad refellendum Joannis Scoti Erigenæ errorem de *Præscientia*, & *Prædestin. & Lib. Arbit.* Scripsit *De Actione Missarum*: & Collectanea in S. Pauli Epistolas juxta Sirmondum. Ignotus est Mortis annus.

S. Franciscus Assisias natus anno 1182. circa annum 1210. ex Wadingo, Ordinem Fratrum Minorum fundavit, approbatum postea in Concilio Lateranensi IV. anno 1215. Obiit 4. Octobris 1226. Sanctorum Catalogo adscriptus est anno 1228. a Gregorio IX. ejus Opera in unum volumen collecta sunt cum Operibus Sancti Antonii de Padua.

Freculfus Monachus Ord. S. Benedicti, deinde Ep. Lexoviensis scripsit Chronicon a Mundi exordio ad an. circiter 600. Christi. Obiit circa an. Ch. 850.

S. Fulbertus, Carnotensis (*Chartres*) Episcopus ab anno circiter 1007. usque ad annum 1028. quo obiit. Præsul liberalibus artibus valde excultus, sanctitate, & devotione erga beatam Virginem Mariam insignis.

S. Fulgentius natus est in Africa circa annum 467. Ruspensis Episcopus anno 508. obiit circa an. 533. Scripsit adversus Arianos, quorum invidia, jubente Thrasimundo rege Wandalorum, exul ejectus est in Sardiniam insulam, sed postea revocatus decreto Hilderici an. 523. a suis honorifice exceptus est. Vocatus etiam fuit sæculi sui *Augustinus* ob defensam sancti Doctoris adversus Semipelagianos doctrinam.

G

S. GAudentius Sancto Philastrio in Episcopatu Brixiensi successit, a S. Ambrosio ordinatus circa an. 387. anno 405. a Synodo Romana, & Honorio Imperatore missus est cum aliis ad Arcadium Imperatorem Sancto Chrysostomo subinfensum, ut eum pacatiorem redderet. Incertus est ejus mortis annus, qui fuit, secundum aliquos, 410. secundum alios 427. Scripsit vitam S. Philastrii, & multos Sermones seu Tractatus de variis Argumentis.

Gelasius Cyzicenus an. 475. & Gennadius Constantinopolitanus Patriarcha an. 458.

Gennadius, Massiliensis Presbyter, non autem Episcopus, ut quidam censue-

fuerunt, vixit usque ad finem sæculi quinti, & forte nonnisi sequentis sæculi initio obiit. De Scriptoribus Ecclesiasticis librum unum, alium de Dogmatibus Ecclesiasticis composuit. Semipelagianismi accusari solet.

S. Germanus, Antissiodorensis (*Auxerre*,) Episcopus, Floruit IV., & V. sæculo. Anno 429. a Gallicanis Episcopis missus est cum S. Lupo Trecensi Episcopo in Angliam ad refellendos, & convertendos Pelagianos. Iterum postea ad Anglos eadem de causa reversus, Fidem Orthodoxam miraculis confirmavit, & post absolutam missionem profectus in Italiam obiit Ravennæ circa annum 448. 31. Julii.

S. Germanus, Patriarcha Cp. ab an. 715. ad annum 730. quo ab impio Imperatore Leone Isaurico Iconoclasta e sede sua pulsus est nonagenario major; vixisse tamen creditur usque ad annum circiter 740.

Gerso, vide Joannes Gerso.

Gratianus, Italus Benedictinus, floruit usque ad annum 1151. Decreta Canonica collegit, & ea simul conciliare nititur. Inscribitur ejus opus *Concordia discordantium Canonum*: citatur semper sub nomine *Decreti*.

Goffridus Vindocinensis Abbas, &

Cardinalis S. Priſcæ ab Urbano II. vixit ad annum 1130. Multa perpeſſus pro Romana Eccleſia. Scripſit libros 5. Epiſtolarum, Opuſcula 8. Sermones 51.

S. Gregorius Magnus vixit ad annum 604. Ejus Epiſtolarum *Regiſtrum*, ſeu *Regeſtum* conſtat XII. libris. Heterodoxi, atque in primis Jameſius in Vindiciis Gregorianis, aliquot ejus Epiſtolas ipſi abjudicant, ac præcipue 54. l. 7. de Diſciplina circa Lapſos, quam tamen eruditi cum Nat. Alexandro ab antiquis temporibus interpolatam concedunt, 64. l. 7. & 10. l. 11. & 23. l. 12. quam etiam deformatam concedit Nat. Alex. apud quem vide reſponſiones Catholicorum: *Privilegium S. Medardi* multos habet impugnatores cum Launoyo: alii tamquam legitimum tuentur cum Roberto Quatrimario, & Joanne Mabillonio in Apologeticis contra Launoyum. Scripſit Moralia in Job, Librum Paſtoralem, Homilias in Ezechielem, & in Evangelia: Libros Dialogorum, communi auctorum, & Codicum MSS. conſenſu, quidquid plures Heterodoxi, & nonnulli Catholici dubitaverint. Commentarios in Libros Regum, in VII. Pſalm. Pœnitentiales, in Cantica negat eſse S. Gregorii Magni Nat. Alexander, in ſæc. VI, cap.

cap. IV. art. XVI. Ubi de Antiphonario, & Sacramentario ejus novis deinde acceſſionibus aucto.

Sanctus Gregorius, dictus *Nazianzenus*, quia natus eſt prope Nazianzum, & Nazianzenæ Eccleſiæ curam aliquamdiu, ſublevandi patris ſui illius urbis Epiſcopi cauſa, ſuſcepit. Fuit Epiſcopus Sazimorum in Cappadocia, poſtea Cp. electus, & confirmatus a Concilio Cp. I. anno. 381, quo tempore Epiſcopatu ſe lubens pacis cauſa abdicavit, & in patriam ſuam reverſus in ſenectute bona quievit circa annum 390. 9. Maji ætatis circiter 65. S. Baſilio fuit amicitia conjunctiſſimus, omni ſcientiarum genere præcellens, in Theologia ſummus: unde Antonomaſtice dicitur *Theologus*.

S. Gregorius Neocæſarienſis *Thaumaturgus* dictus a dono miraculorum, quo maxime pollebat, fuit Origenis diſcipulus circa annum 254, & exacto ſub tanto Magiſtro quinquennio Neocæſarienſis Epiſcopus ordinatus eſt. Septemdecim tantum Chriſtianos intrans repererit, & moriens totidem tantum Gentiles reliquit. Obiit circa annum 265.

Sanctus Gregorius Nyſſenus D. Baſilii Magni, S. Petri Sebaſtæ Præſulis, Sanctæ Macrinæ Abbatiſſæ frater ipſe ſanctiſſimus, anno circiter 370. Nyſſæ in

Cap-

Cappadocia Episcopus constitutus fuit. Ob Fidem Nicænam acerrime propugnatam a Valente Imperatore Ariano in exilium missus, exul octo annos in variis locis erravit. Sedi suæ postea restitutus anno 381. Concilio II. Generali interfuit, & vixit usque ad annum 394. Vocatus est a VII. Synodo œcumenica *Pater Patrum*.

Sanctus Gregorius Turonensis natus est apud Avernos anno 544. ab avunculo Gallo Episcopo Avernensi (*Clermont en Auvergne*) bonis litteris institutus, Turonis petiit, ubi primum Diaconus, deinde an. 573. Archiepiscopus, tandem anno 595. obiit. Scripsit Historiæ, sive Annalium Francorum libros 10., & alia quædam Opera de Miraculis plurimorum SS. Martyrum, Confessorum, & S. Martini.

H

HAlitgarius Cameracensis Ep. anno 823.

Haymo Episc. Halberstadiensis circa annum 840.

Herardus Turonensis anno 859.

S. Hermas Pauli Apostoli discipulus, de quo mentio habetur cap. 16. Epistolæ ad Romanos versu 14. dicitur obiisse

anno

anno 80. Scripsit Opuscula sub nomine *Pastoris*, quæ magno in pretio habita sunt primis Ecclesiæ temporibus.

Hesichius, sive Isicius Ep. Salonitanus in Dalmatia V. sæc. tempore Zosimi, & S. Augustini, quorum extant ad eum Epistolæ.

Hesychius Patriarcha Hierosolymitanus tempore Gregorii Magni, ut constat ex Ep. 40. L.

Neuter videtur auctor septem librorum explanationum in Leviticum, sed intermedius quidam Hesychius Presbyter Hierosolymitanus, quem exeunte sæc. V. probabilibus argumentis conjicit Labbeus scripsisse Græce, licet opus a semibarbaro aliquo deinde versum sit, qui in quibusdam priscis codicibus *Presbyter Salonitanus* dicatur.

S. Hieronymus natus est Stridone in confinio Dalmatiæ, & Pannoniæ circa annum 329. Presbyter anno 378. Ordinatus a Paulino Antiocheno, obiit valde senex anno 420. Multos habuit variis temporibus, & in vario scientiarum genere Magistros, Gregorium Theologum, Apollinarium Laodicenum, Paulinum Antiochenum, Didymum Alexandrinum. Varios Hæreticos feliciter confutavit, inprimis Vigilantium, Helvidium, Jovinianum, Luciferianos, Pelagia-

lagianos, Origeniſtas. A S. Proſpero dicitur Hebræo ſimul, & Grajo, Latioque venuſtus eloquio, morum exemplum, mundique Magiſter.

Celebres ſunt recentiores Editiones Operum S. Hier. *Maurina*, & *Veronenſis*, quæ majori eruditorum plauſu videtur excepta.

S. Hilarius Arelatenſis, primum Lirinenſis Monachus ſub S. Honorato, tum ejuſdem in Arelatenſi Epiſcopatu ſucceſſor anno 429. obiit anno 454. juxta Morerium anno 449. S. Hilarium vivum S. Leo I. Papa graviter excepit falſis contra eum accuſationibus deceptus: ſed re melius cognita mortuum debitis laudibus honoravit.

Hilarius, Diaconus Eccleſiæ Romanæ, una cum S. Euſebio Vercellenſi, aliiſque ejectus in exilium anno 355. incidit in Luciferianum ſchiſma, ac Rebaptizantium hæreſim: vocatus idcirco a S. Hieronymo Deucalion orbis. Videtur eſſe auctor Commentarii in omnes S. Pauli Epiſtolas, quod inter opera S. Ambroſii habetur, & idcirco vocatur *Ambroſiaſter*, id eſt Pſeudo-Ambroſius.

S. Hilarius, Laicus, ſcripſit Epiſtolam ad S. Auguſtinum contra eos, qui tanti Doctoris doctrinæ circa Gratiam adver-

versabantur. Falso hujus Epistolæ au-
ctorem aliqui fecerunt Sanctum Hilarium Arelatensem.

S. Hilarius, Pictaviensis Episcopus ante annum 355., in exilium missus est anno 356. revocatus ab exilio anno 360., obiit circa annum 368. Ab omnibus Sanctis Patribus coætaneis, & recentioribus impense laudatus est; a S. Hieronymo vocatur eloquentiæ Rhodanus. Ejus zelo conservata in Galliis Fides Catholica, Arianæ factionis adversarius constans eam viva voce, scriptis, frequentibusque Synodis debellavit.

Hincmarus, Benedictinus, Rhemensis Archiepiscopus anno 845. obiit anno 882. In pluribus Concilis contra Gothescalcum Monachum (Ordinis etiam S. Benedicti) Prædestinatianum, primas partes habuit. Plura scripsit edita Parisiis Studio P. Sirmondi. Ipsius Epistolæ Historiam ejus temporis, & utram politiam illustrant. Plures habuit Controversias Cum Hincmaro Juniore Ep. Laudunensi, cujus erat Avunculus.

S. Hippolytus, S. Irenæi Lugdunensis discipulus, incertæ hucusque sedis Episcopus, in Italia Martyr obiit circa an. 230. Plura scripsit, quorum supersunt quædam fragmenta tantum cum Cyclo Paschali:

Honorius, Augustodunensis Presby-
ter,

ter, & Scholaſticus, floruit circa annum 1120. Inter Opera plura ſcripſit ſeriem Romanorum Pontificum a S. Petro ad Innocentium II. an. 1130. electum; dedit, & Catalogum hæreſeon.

Hugo a S. Victore, aut Victorinus, natione Saxo, Canonicus Regularis in cœnobio S. Victoris Pariſienſis, obiit circa annum 1140. cognominari ſolitus, *alter Auguſtinus*, vel *lingua Auguſtini*.

Hugo Carenſis, ſive de Sancto Caro Delphinas ex valle Barchinonetæ ad Ebredunum, ex Ordine S. Dominici omnium primus Cardinalis factus ab Innocentio IV. circa medium ſæculi decimi tertii. *Concordantias Bibliorum* primus excogitavit, pieque obiit Lugduni, ſepultus in Templo FF. Prædicatorum anno 1262.

I

S. IDelphonſus Ep. Toletanus ab an. 658. ad 667. ſcripſit lib. de Virginitate S. Marci, & ſerm. de S. Maria, quem Nierembergius edidit. Reliqua Opera ſub ejus nomine Pariſiis excuſa pro ſuppoſititiis habet Joannes Poza.

Idiota diu incognitus manſit. Is eſt Raymundus Jordanus, primum Præpoſitus anno 1381. Ucetienſis (*Uſes*), de-

inde

inde Abbas Cellensis. Sapientis illius Idiotæ Opera miram spirant pietatem.

S. Ignatius primum S. Petri Discipulus, deinde ejus in Sede Antiochena post Evodium successor anno 70. usque ad annum 107. aut 108. quo Martyr obiit Romæ sub Trajano. Septem Epistolas ad Smyrnenses, ad S. Polycarpum, ad Ephesios, ad Magnesianos, ad Philadelphios, ad Trallenses, ad Romanos tamquam genuinum S.Ignatii opus agnoscunt eruditi. Ex iis Epistolis multa Fidei dogmata, inprimis Christi Divinitas, ejus in Eucharistia præsentia realis mire confirmantur; ex iis inquam non secundum vulgatas Editiones, sed secundum Editionem Usserii ex MSS. Anglicanis, & Vossii ex Cod. Medicæo. Usserius corruptelas omnes miniatis literis distinguit a verbis S. Ignatii.

Joachim, Abbas Ordinis Cisterciensis, ex Calabria oriundus, floruit XII. sæculo, & ineunte XIII. obiit. Ejus liber contra quasdam Magistri Sententiarum opiniones damnatus est in Concilio Lateranensi IV. sed intacta fuit Joachimi persona, quia vivus Opera sua judicio Sedis Apostolicæ subjecerat.

Joannes Cassianus, natione Scytha, in Bethelemitico Cœnobio educatus a pueritia, Ægypti Monasteria peragravit,

vit, & cum SS. Patribus frequentia de rebus Asceticis habuit colloquia, unde Collationis ejus prodierunt. Constantinopolim profectus, a Sancto Chrysostomo magistro suo Diaconus ordinatus, ab Innocentio I. Presbyter factus post captam ab Alarico Romam, Massiliam venit anno circiter 410. Duo Monasteria ibi fundavit. Obiit anno 448. juxta Labbeum, & juxta alios anno 435. Multa Opera tum ascetica, tum polemica adversus Nestorianos composuit.

S. Joannes Climacus, sic dictus ab Opere, cui Græce titulus est *Climax*, seu Scala, obiit valde senex post transactos in Monasterio montis Sinai annos 60. circa finem sæculi VI., & juxta alios anno 606.

S. Joannes, Damascenus a patria dictus, floruit sæculo VIII., sub cujus medium obiit. Pro cultu sacrarum Imaginum strenue decertavit contra Imperatores Leonem Isauricum, Constantinum Copronymum, & alios Iconoclastas. Multa Opera Theologica scripsit contra Eutichianos, & Nestorianos.

Joannes Duns Scotus. Vide infra Scotus.

Joannes Gerso Gallus Diœcesis Rhemensis natus anno 1363. Doctor Parisiensis anno 1392., & paulo post Cancella-

cellarius Universitatis. Anno 1414. interfuit Concilio Constantiensi Legatus Regis Galliæ, & Provinciæ Senonensis. Concilio finito Parisios reverti prohibitus Lugdunum se recepit, ubi reliquum vitæ tempus libris conscribendis, & parvulis cathechizandis in Æde Divi Pauli insumpsit. Obiit anno 1429. mense Julio, & in Ecclesia Sancti Laurentii sepultus est. Mira fuit pietate affectus erga Divum Josephum Beatissimæ Virginis Sponsum.

Jonas, Aurelianensis Episcopus, IX. sæculo inter Episcopos celeberrimus, scripsit Apologeticum contra Claudium Taurinensem Episcopum Iconoclastam. Obiit anno 843.

Josephus, genere Hebræus, dignitate Sacerdos, claruit anno Christi 67. non solum apud suos, sed etiam apud Romanos, ita ut, referente Eusebio, in urbe Roma statua donaretur, ejusque libri propria manu Titi subscripti in Bibliotheca publica fuerint collocati. Legitur præclarum de Jesu Christo testimonium *capite* 4. *l.* 18. *Antiquitatum Judaicarum*. An illud testimonium sit Josephi disputatur; longe probabilius est esse genuinum celeberrimi hujus Historici fœtum. Obiit Josephus circa finem primi sæculi.

S. Irenæus, S. Polycarpi primo discipulus, deinde Lugdunensis Presbyter, ac tandem post S. Pothinum Episcopus anno 178. Obiit Martyr paulo post annum 200., & forte ante annum 202. Scripsit Græce multa Opera, præcipue quinque libros adversus Hæreses.

S. Isidorus, Hispanus, successit in Episcopatu Hispalensi S. Leandro fratri suo circa annum 595. Obiit anno 636. 3. Aprilis. Præfuit pluribus Conciliis, & ipsi Toletano IV. Nationali. Vocatur a Concilio Toletano VII. Ecclesiæ Catholicæ novissimum Decus ... & in sæculorum fine doctissimus.

S. Isidorus Pelusiota ex vicina Pelusio urbe, dictus etiam Isidorus Presbyter, discipulus S. Chrysostomi, Monachus sanctitate, & eruditione insignis, claruit anno circiter 412. usque ad annum circiter 440. Supersunt auctoris illius bismille, & duodecim Epistolæ, breves quidem, sed sacra eruditione refertæ.

Julianus Pomerius, in Mauritania Africæ natus, & Arelatæ in Gallia Presbyter ordinatus, exeunte sæculo V., & VI. ineunte floruit. Scripsit de Vita contemplativa libros tres, qui S. Prospero tribuebantur olim, sed falso.

Justinianus Imperator ab anno 527. usque ad 565. scripsit plurima ad rem

Ec-

Ecclesiasticam spectantia. Sæviit adversus Nestorianos, & Eutychianos. Indixit Concilium V. Œcumenicum, in quo damnationem trium Capitulorum petiit, & obtinuit. Notæ sunt etiam *Institutiones* Justiniani de Rebus Civilibus.

S. Justinus, Philosophus, ad fidem Christi conversus circa annum 133. obiit Martyr circa annum 165. Inter alia scripta duas Apologias pro Christianis composuit, primam circa annum 140. alteram paulo ante mortem. In omnibus editionibus Apologia, quæ primo loco ponitur, est reipsa secunda; & ea, quæ secundo loco ponitur, est reipsa prima.

Juvencus, Presbyter Hispanus, carmine latino vitam Christi quatuor libris descripsit circa annum 330.

S. Yvo Episcopus Carnotensis obiit 1115. ex Carnotensi Martyrologio. Scripsit Collectionem Decretorum, quæ *Decretum Yvonis* dicitur, & ut plurimi putant, etiam breviorem aliam, quæ Pannormia inscribitur. Præterea Epistolas 287., quæ Promptuarium sunt Ecclesiasticæ Disciplinæ: Item serm. 24. & Chronicon Breve de Regibus Francorum: Chronicon alterum a Nino ad Ludovicum Pium, non Yvonis, ut nonnulli scripsere, sed Hugonis Floriacensis, ex duobus MSS. optimæ notæ in

in Bibliotheca Regalis Abbatiæ S. Victoris ad Muros Parisienses.

L

LActantius Firmianus, sic dictus forte a Firmo Agri Piceni Urbe, fuit Arnobii discipulus. Obiit valde senex circa annum 325. aut 330. Ob singularem eloquentiam *Cicero Christianus* appellatur. Dicitur a S. Hieronymo, in superstitionibus Gentilium refellendis solidior, quam in Religionis Christianæ dogmatibus confirmandis.

Lanfrancus natione Italus, ex Monacho factus est Prior Beccensis, postea Abbas S. Stephani Cadomensis, & tandem Cantuariensis Archiepiscopus, & Angliæ Primas. Ab anno 1070. usque ad 1089. quo obiit, acerrime disputavit contra Berengarium, eumque ita convicit, ut librum suum in ignem conjecerit. Vide Indicem hæreticorum V. Berengariani.

S. Leo Pont. Max. obiit an. 461. scripsit plures Epistolas, ac Sermones, de quibus V. Natalem Alex. aliosque ab eo citatos. Epistolam de Chorepiscoporum privilegiis jamdudum rejecerant Morinus, ac Sirmondus. Legatur Josephus Antelmius in Dissertationibus

Cri-

Criticis De veris Operibus SS. PP.; Leonis Magni,& Prosperi Aquitani,contra Dissertationes Quesnelli in Editione Operum S. Leonis, quam ipse curavit.

Leo sextus Orientis Imperator, cognomento *Sapiens*, Patre Basilio Imperatore sic jubente coronatus est a S. Ignatio Patriarcha CP. coram Anastasio Bibliothecario anno 870. Post varia fortunæ discrimina, mortuo patre, potitus Imperio invasorem Photium abjecit. Plura, & eximia conscripsit Opera, præcipue Orationes, & Epistolam insignem ad Regem Saracenorum, de Veritate Christianæ Fidei, in qua aperte docet processionem Spiritus S. a Patre, & Filio.

Leontius Byzantinus, ex Advocato Monachus in Laura S. Sabæ prope Hierosolymam, floruit sæc. VI., sub Justino Juniore, & Tiberio. Scripsit Librum *de sectis Hæreticorum, ac synodo Chalcedonensi, in X. Actiones distinctum. Tres libros adversus Eutychianos, & Nestorianos, Duos adversus fraudes Apollinaristarum, item Solutiones argumentorum Severi &c.*

Liberatus Ecclesiæ Carthag. Diaconus unus de Affricanis Trium Capitulorum defensoribus, Libellum scripsit de Hæresi Nestoriana, & Eutychiana, cui

Breviarii nomen indidit, post annum 564. Lege Præfationem Viri Eruditi P. *Garnerii* Soc. Jesu, in Liberati *Breviarium*, quod emendantissimum edidit, & Notis elegantibus illustravit.

Liber Diurnus Rom. Pontif. in lucem editus anno 1680. ex Antiquissimo Codice a P. Garnerio Soc. Jesu cum notis, & Dissert. Is probat Scriptum fuisse, *Librum Diurnum*, Sæc. VIII. sub annum 714.

Liturgiæ sunt Rituales libri auctoritate publica Ecclesiarum scripti, earumque usu comprobati, quibus preces, & ritus ad consecrandam, & administrandam Eucharistiam continentur. Plures vulgantur sub nomine sanctorum, Petri, Matthæi, & Marci, sed ostendunt critici non esse eorum Opus genuinum. Liturgia S. Jacobi dicta, est illis antiquior, ejusque Auctorem credunt S. Jacobum fratrem Domini, Cardinales Bellarminus, & Bona; excipiunt tamen quasdam Orationes, quæ postea additæ fuerunt. Aliæ multæ sunt Liturgiæ, ut SS. Basilii Cæsariensis, Cyrilli Alexandrini, Gregorii Theologi, Chrysostomi, &c.

Lucianus, Presbyter Antiochensis, in Scripturæ Sacræ, cujus peculiarem Editionem adornavit, studio versatissimus,

mus, pro fide Christiana Martyr obiit sub Maximino anno 312. ineunte. Accusatur a multis tamquam hæreseos Arianæ præcursor: huic accusationi locum dedere præcipui Arianismi fautores, qui S. Luciani fuerant discipuli. Ab hac labe eum excusat Baronius ad annum 311. Colitur ut Martyr 16 Januarii. Eximium illud de S. Luciano narratur, quod carcere conclusus, cum propter vincula, & plagas loco se movere non posset, symbola Eucharistiæ supra pectus suum ab adstantibus concaptivis poni jusserit, & sic sacrificium peregerit, cui tum ipse, tum adstantes participaverunt.

Lupus Abbas Ferrariensis, sive S. Petri ad Ferrarias Diœcesis Senonensis discipulus Rabani Mauri, idemque cum *Servato Lupo* obiit circa an. 83. Extat ejus liber Epistolarum, sive de Tribus Quæstionibus, nimirum de lib. Arbitrio, de Prædestinatione Bonorum, & Malorum & de Redemptione Sanguinis Christi.

Luitprandus, ex Ticinensi Diacono Ep. Cremonensis sub Othone Imp. sæc. X. Scripsit Rerum suo tempore Gestarum Lib. 5. Sextus liber ab alio additus. Liber de Pontificum Rom. Gestis a S. Petro ad Formosum, qui sub ejus nomine una cum Anast. Bi-

bliothecarii Pontificali, & Abbonis Floriacensis Epitome de Vitis eorumdem Pontificum opera Jo: Busæi prodiit, suspectus est Vossio, ac potius tribuitur Monacho Germano sub annum 895.

M

S. MAximus, Abbas, & Martyr, celeberrimam habuit an. 645. Disputationem cum Pyrrho Monothelita Expatriarcha Cp. Post abscissionem manus, & linguæ, obiit in exilio anno 662.

S. Maximus, Taurinensis Episcopus, (*Torino*) floruit V. sæc. Obiit valde senex post annum 465., sed utrum ad annum 470. pervenerit, aut etiam 476. ut aliqui credunt, incertum est. Plures egregie, & eleganti stylo Homilias conscripsit, quarum nonnullæ diu SS. Ambrosio, & Augustino sunt attributæ.

Melito, Sardensis Episcopus (*Sardi in Asia*) anno 170. pro Christianis Libellum Apologeticum Antonino Imperatori obtulit, ex quo quædam fragmenta Eusebius conservavit.

Metaphrastes. Vide *Simeon*.

Micrologi Liber est de Ecclesiasticis Observationibus circa annum 1085. com-

compositus, ut evincit Gregorii VII.; & Anselmi Lucensis, velut hominum coetaneorum mentio; quis auctor fuerit, non satis compertum. Bernoni Augiensi adscribit Claudius Spencæus. At Guidoni Abbati S. Crucis Avellanæ Notarum Musicarum Repertori Possevinus, quos refellit Theophilus Raynaudus.

Minutius Felix, natione Afer, professione Causidicus, Romæ floruit circa annum 220. Scripsit elegantem Dialogum, cui nomen *Octavius*, inter Paganum accusantem, & Christianum vindicem, patronumque Christianorum. In hoc Dialogo Gentilium cultum, Deorumque prosapiam ingeniose sugillat.

Moschus (Joannes) sub initium sæc. VII. Auctor Prati Spiritualis, ut constat ex Epistola ad Sophronium libro præfixa, & ex Photio in Bibliotheca, ubi hæc addit: *Multorum, Magnorumque Virorum res præclare gestas aggregavit, quas partim oculis ipse spectavit, partim recenti tunc auditione didicit .... Cæterum ex his omnibus industrius quisque, & Dei amans fructum capiens, nunquam hujus scripti nimiam prolixitatem accusabit*. Hic liber a VII. Synodo Act. IV., & a S. Jo: Damasceno Or. I. de Imaginibus laudatur sub Sophronii Hierosolymorum Archiep. no-

mine: Hujus erroris occasio fuit, quod Moschus Sophronio discipulo Pratum Spirituale dedicaverit; quod testatur tum Epistola præfixa, tum Photius. Vide Nat. Alex. in Sæc. VII. Cap. IV. art. III.

N

NIcephorus Callixtus, Monachus, floruit anno 1333. Scripsit Historiam Ecclesiasticam, ex præcedentium Scriptorum monumentis, Eusebii scilicet, Socratis, Sozomeni, Teodoreti, & Evagrii. Opus Nicephori cum delectu, & acri judicio legendum monent viri eruditi, quia multas fabulas continet, ex incertis, & dubiæ fidei Auctoribus collectas.

S. Nilus, primus Cp. Gubernator: & B. Joannis Chrysostomi discipulus, in deserto Sinai solitariam vitam elegit. A Photio *vir divinus* appellatur, multaque egregia volumina edidisse dicitur. Circa annum 420. mortuus est, ejusque memoriam colit Ecclesia die 12. Novembris. Catalogum operum ejus vide ap. Labbeum de Script. Eccl.

O

B. ODo, Cluniacensis, Musicus, & Archicantor Ecclesiæ S. Martini Turonensis, postea Monachus, ac Cluniacensis secundus Abbas ab anno 927., usque ad annum 942., quo obiit Turonis. Plura scripsit Opera, quæ reperiuntur in Bibliotheca Patrum.

Odo, Cameracensis, primum Scholasticus Aurelianensis, dein Abbas S. Martini Tornacensis, demum Episcopus Cameracensis anno circiter 1105. obiit anno 1113 in Monasterio Aquicinctino (*Anchin*,) prope Duacum, quo secesserat post suam a Sede Cameracensi expulsionem ab Henrico IV. Imperatore, a quo investituram Episcopalem accipere noluerat. Ejus Opuscula habentur in Bibliotheca Patrum.

Œcumenius vixisse dicitur post annum 1000., sunt tamen qui ad annum 800., aut 900. revocent. Magnam Novi Testamenti partem, ex Veterum scriptis, præcipue Sancti Chrysostomi, cujus breviator est, clare, dilucide, & concise explicavit; unde vocatur sæpe *Scholiastes Græcus*.

S. Optatus, Milevitanus in Numidia Episcopus, acerrimus Donatistarum im-

pugnator, claruit circa annum 368. Scripſit contra Parmenianum Donatiſtam Epiſcopum de Schiſmate Donatiſtarum libros ſeptem, quibus totius ſchiſmatis originem, & progreſſum aperit, ſchiſmaticorum fraudes, ac mendacia refellit, doctrinamque Eccleſiæ tuetur non modeſte minus, quam docte, & acute.

Ordo Romanus eſt Liber de Divinis Officiis, & Miniſteriis per totius anni circulum, ſcriptus circa annum 730. ejus auctor penitus ignoratur; non male tamen conjicitur fuiſſe aliquem ex præcipuis Romanæ Eccleſiæ Clericis.

Origenes, natus Alexandriæ circa annum 185. filius Leonidæ Martyris, diſcipulus S. Clementis Alexandrini, ejuſque ſucceſſor in Præfectura Scholæ Alexandrinæ, Presbyter ordinatus eſt an. ætatis ſuæ 42. Obiit circa annum 252. Celebris fuit Origenes doctrina, amore caſtitatis, Fidei in carceribus, & tormentis confeſſione; propter errores tamen bene multos, qui in ejus Libris legebantur, ſive ab ipſo conſcripti, ſive ab aliis inſerti variis in locis condemnatus eſt. Innumera ſcripſit volumina, quorum pars magna ad nos uſque non pervenit: ſuperſunt adhuc multa, inter quæ libri contra Celſum plurimi fiunt.

Oſius Cordubenſis in Hiſpania Epiſco-

pus præfuit Concilio Nicæno, anno 325. nomine S. Sylvestri Papæ. Vocatus est *Pater Episcoporum*, & *Conciliorum*, quibus bene multis præfuerat. Annos 100. natus exilio, ærumnis, plagis, & mortis metu lapsus est, & Syrmiensi secundæ Formulæ Arianæ subscripsit; sed instante morte, ait S. Athanasius, (*in Ep. ad solitarios*) vim sibi illatam quasi Testamento declaravit, & Arianam hæresim anathemate feriit.

Otho Frisingensis Leopoldi Marchionis Austriæ filius, Conradi III. Imperatoris frater, Monachus Cisterciensis, Abbas Morimundensis, deinde Episcopus Frisingensis sanctissime obiit in Monasterio Morimundensi anno 1158. Scripsit Chronicorum libros septem ab initio mundi ad sua usque tempora, idest ad annum 1146.

P

B. PApias, Hierapolitanus Episcopus in Phrygia, S. Joannis Apostoli Discipulus & S. Polycarpi sodalis, ex male intellectis Scripturæ quibusdam textibus finxit mille annorum regnum, in quo Beati post resurrectionem corporum cum Christo corporaliter regnarent. V. Indicem Hæreticorum V. Millenarii.

Paschasius, Diaconus Ecclesiæ Romanæ, floruit ab anno 492. ad 512. Olim ipsi tribuebantur lectissimi,&luculenti libri *de Spiritu Sancto*, quos eruditi Critici nunc tribuunt Fausto Regiensi.

Paschasius Radbertus, Gallus, natus est circa annum 786. Monasticum habitum induit in Monasterio Corbejensi cui præfectus est anno 844. Copiose scripsit de veritate Corporis, & Sanguinis Domini in Eucharistia. Obiit anno 851. 26. Aprilis. De eo multa in Tractatu de Eucharistia, ubi demonstratur non potuisse Paschasium introducere novum de præsentia reali dogma, ut fingunt Albertinus, Claudius, Laroquanus, Basnagius, & alii Ministri Calvinistæ.

S. Pacianus Episcopus Barcinonensis (*Barcellona*) floruit circa annum 370. Obiit admodum senex sub Theodosio versus annum 390. Nonnulla scripsit Opuscula de Baptismo, ad pœnitentiam Paræneſim, id est exhortationem. Inter ejus Opera maxime commendantur Epistolæ contra Novatianos; Ob castitatem, & eloquentiam à S. Hieronymo collaudatur.

S. Paulinus Nolanus, patria Burdigalensis, natus circa annum 354. Presbyter anno 393. Nolæ in Campania Episcopus circa annum 410. obiit anno

431, 22,

431. 22. Junii. Clarissimorum sui temporis virorum scilicet Ambrosii, Augustini, Hieronymi &c. elogiis, præcipue ob insignem in pauperes misericordiam, nobilitatus est.

Petrus Blesensis (*Blois*) floruit ab anno 1160. ad 1200. Ex Canonico Bituricensi, Bathoniensis in Anglia, postea Londinensis Archidiaconus, & Archiepiscopi Cantuariensis Cancellarius, & ipsius Regis Procancellarius, Alexandri III. Papæ nomine ad Sultanum Iconii scripsit Epistolam de Institutione Fidei.

Petrus Cluniacensis Abbas, qui & Petrus Venerabilis an. 1123.

Petrus Comestor, sive Manducator, Decanus primum S. Petri Trecensis, deinde Parisiensis Ecclesiæ, & Academiæ Cancellarius, ac tandem ap. S. Victorem Canonicus Regularis, qui *Auctor Historiæ Scholasticæ*, sive enarrationis Historicorum voluminum S. Scripturæ: fuit Gratiani, & Petri Lombardi temporibus, iis tamen Junior, sive sub finem sæc. XII.

S. Petrus, *Chrysologus* ob eloquentiam dictus, Episcopus Ravennæ in Italia ordinatus paulo post annum 430., obiit circa annum 450. Multi supersunt Sermones, & brevis, sed lu-

culenta ad Eutychen hæresiarcham Epistola.

S. Petrus Damiani (sic dictus a Damiano fratre suo, quem semper patris loco veneratus est) ex Monacho Benedictino Episcopus Ostiensis, & Cardinalis; multis pro Ecclesia Romana, & Cleri reformatione legationibus, ac laboribus perfunctus gloriose obiit anno 1072. ætatis 66. præclaram virtutis, ac doctrinæ famam consecutus.

Petrus, natione Lombardus, vulgo dictus *Magister Sententiarum*, floruit ab anno 1141. Episcopus Parisiensis anno 1159. creatus est. Obiit anno 1164. 20. Julii. Sententiarum Libros quatuor Commentariis illustrarunt postea innumerabiles Theologi.

S. Philastrius, Brixiensis Episcopus, obiit circa annum 390. S. Ambrosio maxime familiaris fuit. Scripsit librum de Hæresibus, qui Catholicæ veritatis amorem undequaque spirat. Auxentio Mediolanensi Arianorum Duci animose restitit invictus Fidei Nicænæ defensor.

Philo, Judæus Alexandrinus de genere sacerdotali; claruit anno 40. Variam, ac multiplicem Sacrorum Voluminum expositionem edidit; sed, relicto litterali sensu, allegoricum præcepue sectatus est.

Pho-

Photius Sancti Tharasii Patriarchæ Constantinopolitani ex sorore Nepos, schismatis quidem auctor fuit, sed doctrina claruit non vulgari, *Bibliothecam* imprimis reliquit, qua libros a se lectos recensuit, censorium de iisdem judicium tulit, multorum excerpta, & fragmenta transmisit ad posteros: opus hoc scripsit, cum Legatus in Assyria esset. Ipsum Græce, & latine edidit Andreas Schottus Soc. Jesu. Composuit *Nomocanonem* ex Canonibus Apostolicis, & Conciliorum collatis cum Legibus Imperatorum Romanorum. Scripsit *Epitomen* VII. Conciliorum œcumenicorum, *Tractatum de Voluntatibus in Christo*, *Dissertationes de Divinitate, & Incarnatione Christi* ab Henrico Canisio Tom. V. Antiquæ lectionis editas: *Commentarium in Epistolas Pauli*, ex quo multa in catenam suam derivavit OEcumenius, ut Andreas Schottus in Præf. observat. *Epistolas* scripsit 248. quas e MSS. Cod. Bodlejano cum auctario quinque aliarum ejusdem de *Rebus in Jure Orientalium dubiis* edidit Richardus Montacutius ex Protestantibus: *Sermonem* ejusdem in *Nativitatem B. Mariæ* edidit Combefisius Tom. I. Auctarii Bibliothecæ PP, Græco-latinæ.

Inter

Inter Photii Epistolas eminet, quam scripsit ad Michaelem Bulgarorum Regem *de Officio Principis*.

S. Phæbadius, Aginnensis Episcopus in Gallia, anno 359. interfuit Concilio Ariminensi, ubi pro Fide Nicæna egregie decertavit. Præfuit anno 384. Concilio Cæsar-Augustano contra Priscillianistas. Vivebat adhuc Anno 392. quo S. Hieronymus texebat Catalogum Scriptorum Ecclesiasticorum, in quo, capite 108. hæc leguntur: *Phæbadius Aginni Galliarum Episcopus edidit contra Arianos librum, vivit usque hodie decrepita senectute*.

S. Polycarpus a S. Joanne Magistro suo Smyrnensis Episcopus creatus. Valde probabiliter conjicitur eum esse Angelum Smyrnæ, de quo tam præclara habet S. Joannes Apocalypsis capite secundo. Sexaginta, & amplius annos Smyrnensem Ecclesiam rexisse S. Polycarpum certum est: at quo anno Martyr S. obierit non plane constat. Alii cum Eusebio dicunt obiisse anno 167. alii 169. alii 175. quidam vero 147.

S. Prosper, patria Aquitanus, non Episcopus, (ut diu creditum est) sed laicus, & aliquandiu S. Leonis I. Papæ ab Epistolis, seu Secretarius, obiit circa annum 460. Multa edidit Opera

con-

contra Pelagianos, tum stricta, tum soluta oratione. Doctrinæ S. Augustini addictissimus fuit, & ad S. Præsulem scripsit contra Gallos, qui S. Doctoris circa gratiam, & prædestinationem sententiæ adversabantur.

Prudentius Hispanus Poeta, Laicus, natus Cæsar-Augustæ circa annum 348. floruit ab anno 405. usque ab obitum, cujus annus ignoratur. Supersunt ejus Opera Poetica plurima, inter quæ principem locum tenet liber de *Coronis*, in quo plurimorum Martyrum describit certamina, & victorias.

R

RAbanus Maurus, Alcuini Discipulus, Monachus, & postea Abbas Fuldensis, tandem Moguntinus Archiepiscopus anno 877. anno sequenti collecta Moguntiæ Synodo Gothescalcum præsentem invictis argumentis confutatum ad Hincmarum Rhemensem carceri includendum remisit; ejusdem errores paulo post variis Opusculis strenue oppugnavit. Obiit vir sanctissimus, & doctissimus anno 856. 4. Februarii.

Ratramnus, Corbejensis Monachus, postea Abbas Orbacensis, obiit versus annum 870. Scripsit Librum de Corpore,

re, & Sanguine Domini adversu Paschasium Radbertum; sed in eo non negat præsentiam realem Corporis Christi in Eucharistia; ut fusius demonstrari solet in Tractatu de Eucharistia. Ratramnus fuit ex iis, qui errore facti personæ Gothescalci faverunt, non autem ejus erroribus. Jussu Episcoporum Gallicanorum respondit objectionibus Cræcorum missis a Nicolao I. anno 867. ad dictos Episcopos.

Raymundus Lullus, de quo ingens apud Criticos est controversia, obiisse dicitur anno ætatis 80. anno 1315.

S. Raymundus de Pennafort, Barcinone natus annorum 45. ordinem FF. Prædicatorum ingressus *Scripsit Summam Casuum Conscientiæ, qui solent in Foro Pœnitentiæ occurrere, Magnæ doctrinæ, atque auctoritatis, & tam Confessariis, quam Confitentibus valde utilem, ac neccessariam, inquit Clemens VIII. in Bulla Canoniz.* Scriptam antequam Romam a Gregorio IX. vocaretur, ex veteri MS. probat Diago ap. Nat. Alex.; qui ex aliis Monumentis putat colligi eam fuisse scriptam, aut perpolitam Romæ post Decretales Greg. IX. quas trium annorum spatio collegit; Addit scripsisse *de Ratione visitandæ Diœceseos, Modum juste negotiandi*

pro

Pro Mercatoribus, denique *de Bello*, *ac Duello*. Ab anno ætatis pene 100. Chriſti 1275.

Regino Prumienſis in Diœceſi Trevirenſi Abbas electus an. 945., verum potentia æmulorum dejectus. Edidit Chronicon in duos Libros diſtinctum ab Adventu Domini ad an. 908. Appendix pertingit ad an. 967. Ejus Tractatus de Diſciplinis Eccleſiaſticis, ac Religione Chriſtiana juſſu Ratbodi Trevirenſis Archiepiſcopi exaratus, atque in 90. ferme Capitula diviſus, teſte Trithemio collectio eſt Canonum.

S. Remigius, Lugdunenſis Archiepiſcopus ordinatus anno 853. præfuit Concilio III. Valentino anno 855., & variis Epiſcoporum Conventibus, Tullenſi, Lingonenſi, obiit 28. Octobris anno 875. Nomine Eccleſiæ Lugdunenſis reſpondiſſe fertur tribus Epiſtolis, quas Hincmarus, Pardulus Laudunenſis, & Rabanus miſerant ad Amolonem, cui Remigius ſucceſſerat; aliudque opus ſcripſiſſe contra Capitula Cariſiaca (*de Quierzi*) quibus confirmatur damnatio Gotheſcalci; verum hos libros nec Eccleſiæ Lugd. nec B. Remigio tribuendos eſſe ſatis perſpicue contendunt duo auctores moderni, Honoratus ſcilicet a S. Maria Carmelita Diſcalceatus erudi-

tiſſi-

tissimus, & Joannes B. Duchesne S. Jesu in libro gallico, cui titulus le *Predestinatianisme*.

S. Remigius Rhemensis, in pago Laudunensi quasi miraculose ex vetulis jam parentibus natus anno 471. 22. ætatis suæ anno, Rhemensis Episcopus constitutus est; Clodovæum Francorum Regem ad Fidem conversum baptizavit ipsa nocte Natalis Domini, anno 496. Obiit anno ætatis 96. Episcopatus 74.

Richardus S. Victoris, natione Scotus, Monasterii Victorini Parisiensis Canonicus Regularis obiit anno 1173. vir, inquit Sixtus Senensis, honestate conversationis, & eruditionis doctrina conspicuus; scripsit præcipue de asceticis.

Robertus de Sorbona a natali vico (*Sorbon*) dictus, S. Ludovici Galliæ Regis Pœnitentiarius, aut saltem Sacellanus, Canonicus primum Svessionensis, deinde Parisiensis, florebat anno 1252. quo Collegii Sorbonici fundamenta jecit. Obiit circa annum 1273.

Rufinus, Aquilejensis Presbyter, S. Hieronymi primum amicus, deinde adversarius, Origenis Apologista, varios Græcorum libros latine transtulit, nempe Josephi Antiquitates Judaicas, Bellum Judaicum, & duos libros con-

tra Apionem, Historiam Eusebii, Recognitiones S. Clementis &c. Scripsit etiam ipse plura Opera.

Rupertus Abbas Tuitiensis in Diœcesi Coloniensi obiit 1135. Plurium Operum Auctor, in quibus sunt Commentariorum de Sanctissima Trinitate, & operibus ejus libri 42. De Victoria Verbi Dei libri 13. De Divinis Officiis libri 12. de quorum auctoritate diu est dubitatum, præterea in multos S. Scripturæ libros Commentaria. Notatur, quod circa mysterium Eucharistiæ non recte scripserit, significans panem assumi a Verbo Divino quemadmodum assumpta est Humanitas.

S

SAlvianus, Massiliensis Presbyter (non vero Episcopus, ut aliquando creditum est) claruit ab anno 440. usque ad annum 495. ante quem non obiit. Eximia sunt ejus Opera de Providentia Dei, & adversus avaritiam.

Scotus (Joannes Duns Hibernus) ex Ordine S. Francisci Doctor Paris. Subtilis dictus. Immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Virginis defensor inclytus: floruit maxime XIV. sæculo. Obiit Coloniæ die 8. Novemb. anno 1308.

1308. natus anno 43. aut ſecundum alios 34. tantum: tam brevi ſpatio innumera fere ingenii ſui monumenta reliquit. Non eſt confundendus doctor Subtilis cum altero Joanne Scoto Erigena ſeu Hiberno, qui IX. ſæculo vixit, & cujus ſcripta craſſis, ac fœdis ſcatent erroribus.

Sedulius Presbyter in Italia Philoſophiam, & Poeſim didiciſſe legitur, in Achaja de Jeſu Ch. ſcripſiſſe. Extat *Paſchale Carmen* de Chriſti miraculis, & Paſchale opus ſoluta oratione circa annum Ch. 430. Utriuſque operis meminit cum laude Gelaſius Papa in Can. Sancta Romana diſt. 5. ſunt & alia ejuſdem *Carmina* tomo 8. Bibliothecæ PP. Pariſienſis edit. 1624. Aliud opus *Collectionum* contendit Labbè ipſius fuiſſe, ſed Collectaneum, ſeu expoſitionem in omnes Epiſtolas Pauli eſſe alterius Sedulii Epiſcopi Scoti qui poſt ann. 700. vixit.

Severus Sulpitius Presbyter Aginnenſis SS. Phæbadio, Auguſtino, Hieronymo, Paulino familiaris, S. Martini diſcipulus, cujus vitam ſcripſit. Hiſtoriam Sacram compoſuit, eamque ab initio mundi ad annum 400. perduxit, quo maxime tempore floruit. Sub finem vitæ a Pelagianis deceptus eſt, ſed cul-

pam

pam agnoſcens, quam loquendo contraxerat, ſilentio expiavit.

Sidonius Apollinaris natus eſt Lugduni anno 435. Variis in ſeculo Præfecturæ, & Senatoriæ dignitatis perfunctus honoribus, anno 472. Epiſcopus Arvernorum (*Clermont in Auvergne*) conſecratus eſt. Obiit circa an. 487. vir in divinis Scripturis doctus, & in diſciplinis ſæcularium litterarum ſuo tempore omnium opinione eruditiſſimus. Scripſit tam metro, quam ſoluta oratione multa præclara Opuſcula.

Simeon Metaphraſtes floruit ab anno 950. aut ulterius, præſertim ſub Conſtantino Porphyrogenito: fuit Imperatoribus a ſecretis, & intimis conſiliis, ac Summus Logotheta. Scripſit Vitas Sanctorum, ut Bellarminus quidem ſcribit, *Multis additis ex proprio ingenio, non ut res geſtæ fuerunt, ſed ut geri potuerunt: addit multa Colloquia, ſive dialogos Martyrum cum Perſecutoribus, aliquas etiam converſiones adſtantium Paganorum in tanto numero, ut incredibiles videantur; denique Miracula plurima, & maxima, in everſione Templorum, & Idolorum, & in occiſione perſecutorum, quorum nulla eſt mentio apud veteres Hiſtoricos.* Diſplicet hæc cenſura Bollando in Præf. generali ad Vitas

tas SS. §. 3. Asserit gratis dici Colloquia confícta, etsi forte explicatius proposita; cum tot, tantæque Provinciæ tantillo tempore ad Christum conversæ sint, id factum non esse sine magnis Miraculis: Vid. loc. cit.

Stephanus Edvensis, sive Augustodunensis Episcopus an. 1112.

Strabus Walafridus Abbatiæ Fuldensis Monachus, & deinde Abbas Divitis, seu Majoris Augiæ ad Rhenum ex Rabani Mauri Operibus Librorum Sacrorum expositionem decerpsit, atque ex illis, aliisque nonnullis circa annum 840. Glossam composuit, quæ *Ordinaria* dicitur, *& Magistralis*; quæ a posterioribus deinde aucta, & ornata est, præcipue ab Anselmo Laudunensi, adiectis PP. Sententiis. Alteri quidem Strabo Fuldensi Monacho hoc Opus adscribunt Trithemius, Sixtus Senensis, Possevinus, Bellarminus; Canisius tamen, & Vossius Fuldensem Strabum eumdem faciunt cum hoc Strabo Augiensi Abbate. Scripsit etiam Librum de *Divinis Officiis*, sive *Exordiis Rer. Ecclesiasticarum*.

Socrates natus Cp. circa annum 380. Historiam Ecclesiæ scripsit, eamque a Constantini Imperatoris primordiis usque ad annum 439. perduxit; accuratum esse hoc Opus animadvertit Valesius.

Novatianis paulo faventior fuit Socrates, sed eorum dogmati non consensit.

Sophronius Episc. Hierosolymitanus anno 636.

Sozomenus, patria Palæstinus, professione Causidicus, Historiam Ecclesiasticam elucubravit annos 115. complectentem ab anno 324. ad annum 440. quo eam dedicavit Theodosio Juniori. Vincit Socratem coævum Historicum sermonis elegantia, sed a Socrate vincitur judicii maturitate.

Symmachus. Vide V. Aquila.

T

TErtullianus (Quintus Septimius Florens) Africanus Carthaginiensis natus ex ethnicis parentibus paulo post medium II. sæculi, ad fidem conversus circa annum 185., Presbyter factus circa 192. Speciosis Montanistarum jejuniis, & vigiliis deceptus, illorum sectam amplexus est. Obiit valde senex circa annum 220. Multa scripsit Opera sale, & acumine plena: Ejus Apologeticus adversus Gentes, & Liber de *Præscriptionibus hæreticorum* singularem laudem merentur.

Theodoretus, natione Syrus natus est circa annum 386., Cyri Episcopus crea-

creatus anno circiter 420. obiit anno 457. aut 458. ſeptuagenario major. Fuit condiſcipulus Joannis Antiocheni, & Neſtorii; S. Cyrilli Anathematiſmos tanquam hæreſes impugnavit. Concilio Epheſino noluit vocatus intereſſe, ſed cum Joanne Patriarcha Antiocheno, aliiſque Orientalibus Epiſcopis in conſeſſum clandeſtinum abiit. In Calcedonenſi Concilio tandem anathema dixit ſclare Neſtorio; nec alia conditione a Patribus Concilii potuit ſuſcipi: ejus tamen ſcripta adverſus Cyrillum damnata ſunt in Concilio V. Generali. Scripſit Hiſtoriam Eccleſiaſticam ab anno 322. ad annum 427. perductam, multoſque Commentarios in Sacram Scripturam.

Theodorus Cantuarienſis Epiſc. anno 697.

Teodorus Studites Abbas circa annum 810.

Theodotion. Vide V. Aquila.

Theodulfus, natione Italus, Abbas Floriacenſis (Gall. *Benoit ſur Loire, Dioceſe d' Orleans*) poſtea Epiſcopus Aurelianenſis ante annum 794. conſecratus. Carolo Magno ob virtutem, & eruditionem carus, & familaris. Circa annum 810. accuſatus conjurationis cum Bernardo Italiæ Rege adverſus

Lu-

Ludovicum Pium Bernardi patruum, in Monasterium Andegavense detrusus fuit, sed paulo post comperta ejus innocentia Rex e carcere liberatum, Aureliam remisit. Obiit circa annum 821.

Theophilactus, Archiepiscopus Acridæ in Bulgaria, in lectione Operum S. Chrysostomi versatissimus, floruit circa annum 1071. Obiit versus finem sæculi XI. Multis Commentariis Scripturam Sacram explicavit, grandioribus S. Chrysostomi voluminibus velut in epitomen redactis. Non bene sensit de processione Spiritus Sancti a Filio.

Theophilus Alexandrinus an. 385.

S. Thomas Aquinas natus anno. 1224. Anno 1241. Ordinis S. Dominici habitum induit. Anno 1255 Doctor Parisiensis Post recusatum Archiepiscopatum Neapolitanum a Clemente IV. oblatum, vocatus, anno 1274. a Gregorio X. ad Concilium Lugdunense, in itinere obiit 7. Martii ætatis anno 50. Nota est omnibus S. Thomæ eruditio, subtilitas, fœcunditas ingenii cum sanctitate, castitate, & modestia incomparabili.

Thomas Valdensis, Anglus, Carmelita, obiit Rothomagi (*Rouen*) 3. Novembris anno 1430. Adversus Hussitas, Wiclefistas, & alios sui temporis Hæreticos exactissime disseruit Thomas

Valdensis Ordinis sui, & Theologiæ eximium decus.

V

VEnantius (Honorius Clementianus Fortunatus) gente Italus, post sibi sanatos ope S. Martini oculos Turones, postea Pictastium petiit, & hujus urbis Episcopus consecratus est. Ob raras ingenii dotes, & eximiam Rhetoricæ, ac Poetices scientiam celebris fuit. Sanatus fuit a S. Martino ante annum 560. In vivis adhuc erat anno 600. Ignoratur ejus Ordinationis, & mortis annus.

S. Vicentius Lirinensis Monachus, & Presbyter, S. Lupi Trecensis Episcopi, ut quidam autumant, frater, anno 434. scripsit Opusculum agregium, cui titulus *Commonitorium adversus Hæreses*.

Victor Tunucensis, seu Tononensis in Africa Episcopus, Trium Capitulorum acerrimus propugnator, eaque de causa in Ægyptum deportatus, jubente Justiniano, ac tandem Constantinopolim translatus, & Monasterio inclusus obiit circa an. 566. Ex Chronico, quod ab initio Mundi ad initia Justini Junioris exaraverat, teste Isidoro Hispalensi cap. 23. de Script. Eccl. superest tantum postrema pars, quæ ab anno 444. in quo desierat Prosper, ad ann. 565. pertinet: quod Chronicon continuavit

Joan-

Joannes ex Biclarienſi Abbate Gerundenſis in Hiſpania Epiſcopus ad annum 590.

Uſuardus, natione Gallus, S. Germani Pariſienſis Monachus Benedictinus, floruit IX. ſæculo. Circa annum 870. ſcripſit Martyrologium, quo Romana Eccleſia, ac permultæ aliæ utuntur.

Y

S. YVo, patria Bellovacenſis (*Beauvais en Picardie*) Epiſcopus Carnotenſis ordinatus anno 1093. obiit anno 1115. aut ſequenti, 23. Decembris. Præceptorem habuit Lanfrancum, de quo ſupra. Plura egregie conſcripſit, Sermones nimirum 22., Epiſtolas 287. Chronicon de Regibus Francorum, & Canonum Collectionem, vulgo *Decretum Yvonis* appellatam. Ejus feſtum celebrat Eccleſia Carnotenſis: Canonici vero Lateranenſes illud etiam celebrant ex licentia S. Pii V. Papæ.

Z

ZOnaras (Joannes) Græcus, floruit initio XII. ſæculi. Aula Imperiali abdicata, in qua honorificentiſſime verſatus fuerat, inſignia munera obeundo, inter Monachos Baſilianos cooptatus eſt. Plures edidit Tractatus, & præcipue Annales ſcripſit ab Orbe Condito ad an. 1118. Alexii Comneni fatalem. Commentarios etiam exaravit

in Canones Apoſtolorum, & SS. Conciliorum, nec non in Epiſtolas Canonicas SS. PP. Dionyſii, & Petri Alexandrinorum, Gregorii Thaumaturgi, & Baſilii. Canonum porro, & reliquarum Epiſtolarum Canonicarum expoſitione eamdem eſſe cum illa, quam Theodorus Balſamon affert, Viri eruditi jamdiu obſervarunt. Uter ab altero mutuatus ſit, uter altero prior fuerit non ſatis conſtat.

Collatas inter ſe Majorum ſententias lector conſulat eorum, qui diverſis licet temporibus, & locis, in unius tamen Eccleſiæ Catholicæ communione, ac Fide permanentes Magiſtri probabiles extiterunt; & quidquid non unus aut duo tantum, ſed omnes pariter uno eodemque conſenſu aperte, frequenter, perſeveranter tenuiſſe, ſcripſiſſe, docuiſſe cognoverit; id ſibi quoque intelligat abſque ulla dubitatione credendum.

Neceſſe eſt omnibus Catholicis, qui ſeſe Eccleſiæ legitimos filios probare ſtudent, ut Sanctorum Patrum Fidei inhæreant, adglutinentur, immoriantur: prophanas vero novitates deteſtentur, horreſcant, perſequantur. Concilio enim Epheſino divinitus placuit, nihil aliud poſteris credendum decernere, niſi quod ſacra ſibi conſentiens Sanctorum Patrum tenuiſſet antiquitas. Vincentius Lirinenſis in Commonitorio.

IN-

INDEX
HÆRETICORUM,
Aliorumque ab Eccleſia damnatorum.

A

ABaelardus (Petrus) natus anno 1079. in Diœceſi Nannetenſi(*Nantes en Bretagne*) anno 1115. Pariſiis Theologiam docuit. Caſtitas ejus, & fides triſte naufragium paſſæ ſunt: caſtitas quidem, dum Heloiſſam Virginem Fulberti Canonici Pariſienſis neptem, quam in diſcipulam acceperat, deflora- vit. Fides autem, dum de Trinitate, & de Chriſto perverſe ſenſit: Hæc de eo S. Bernardus *Ep.* 192. *ad Guidonem Cardinalem*. Cum de Trinitate loquitur, ſapit Arium: cum de Gratia, Pelagium; cum de perſona Chriſti, Neſtorium. Ab eodem S. Bernardo convictus in Concilio Senonenſi anno 1140. damnatus eſt. Obiit 21. Aprilis an 1142. ætatis 63. feliciter pœnitens, & Monachus Cluniacenſis.

Acaciani ab Acacio Eutychiano, qui Cp. Eccleſiæ præfectus eſt ab an. 471. ad annum 488. quo obiit. Damnatus eſt a S. Felice II. qui juxta alios III. dicitur.

Acæmetæ. Monachi Scythiæ, dicti Acæmetæ, id est Insomnes, quia in plures turmas divisi, alii aliis succedentes, dui noctuque Dei laudes canebant. Ii Eutychianis favebant *ait Baronius* & Concilio Calcedonensi occulte opponebantur: dicebant quippe insufficientem fuisse illius Concilii definitionem, & ei addi oportere hanc propositionem: *Unus de Trinitate crucifixus est carne*. Subdolum erat Monachorum consilium; hac enim propositione intelligebant Divinitatem passam in carne. Iis obstitit S. Hormisdas Papa an. 519., vetuitque, ne quid adderetur Concilio Calcedonensi. *Scythiæ Monachos defendit Nat. Alex.*

Acephali, id est sine Capite, circa finem 5. sæculi Calcedonense Concilium impugnabant, & duas in Christo naturas esse cum Eutychete, & Dioscoro negabant. Dicti sunt Acephali, quia, ut ajunt aliqui, cum essent numero multi, nec constaret quis factionis caput esset, sine capite fuere vocati: aut quia, ut alii volunt, recesserant a suo Patriarcha Alexandrino stante pro Concilio Calcedonensi. Acephalos protegebat Anastasius Imperator, a cujus communione recessit S. Symmachus Papa circa annum 504.

Ada-

Adamitæ, nefandi hæretici 2. sæculo, qui Adamum innocentem imitati, nudi ambulabant, sicque in suis Ecclesiis, sive speluncis, sacra peragebant, suam Ecclesiam Paradisum, & seipsos Adam, & Evam esse somniantes, nuptias, & matrimonium exhorrebant. Hanc sectam renovarunt alii impuri homines sæculo 15. auctore Picardo natione Belga.

Adiaphoristæ, id est Indifferentes, sunt Hæretici e Lutheranorum grege, qui Ecclesiæ cæremonias, Conciliorum constitutiones, imo & Sacramenta ad salutem indifferentia dicebant, ita ut illis uti, vel non uti possent sine peccato Fideles singuli pro bono pacis. Damnantur a Concilio Tridentino *Sess. 7. Can. 4. de Sacramentis in genere.*

Adrumetini, fuerunt Monachi degentes Adrumeti in Africa, qui lecta S. Augustini Epistola ad Sixtum falso crediderunt Gratiam ita a S. Augustino prædicari, ut tolleret libertatem, & correctionis necessitatem: quod in Monasterio peperit dissidium. S. Augustinus duobus libris, uno de Gratia, & libero Arbitrio, altero de Correptione, & Gratia, utrumque dogma necessitatis gratiæ, & libertatis ita explicuit, ut finitus sit error Adrumentinorum, qui nec contumaces in errore,

adeoque nec Hæretici dicendi sunt.

Aeriani Hæretici 4. sæculo sic dicti ab Aerio, qui cum esset Presbyter, inquit S. Augustinus *Lib. de Hæres. cap.* 53. doluisse fertur, quod Episcopus non esset ordinatus: Arianam hæresim amplexus est, cui de suo plura adididit dogmata erronea, quæ avide sectati sunt recentiores hæretici; imprimis æqualitatem Presbyterorum cum Episcopis, & inutilitatem precum, ac sacrificiorum pro defunctis.

Agnoetæ, sic dicti ab ignorantia quam in Christo fuisse putabant; Eutychianæ hæresi addicti unam in Christo tantum naturam agnoscebant ex duabus compositam; ex quo errore alium inferebant, scilicet Christum absolute ignorare, etiam ut Deum, judicii diem. Dicti sunt etiam Themistiani a Themistio Alexandrino Diacono, qui hunc errorem propugnavit circa annum 520.

Agrippiniani dicti ab Agrippino Carthaginiensi Episcopo, qui circa an. 220. censebat ab hæreticis validum non posse conferri Baptisma. Vide V. Rebaptizantes.

Albigenses iidem sunt qui Henriciani, & Petrobusiani, de quibus infra; renovarunt errores Manichæorum, & dicti sunt Albigenses ab urbe Albigensi in

si in qua ut & in aliis Occitaniæ locis domicilium fixerant. Damnati sunt in Concilio Lateranensi Tertio, & Quarto.

Anabaptistæ, sic dicti quod parvulis rationis usu carentibus baptismum denegarent tanquam iis inutilem, & adultos in infantia baptizatos rebaptizarent. Auctorem habent Nicolaum Storkium, qui a Luthero, cui primum adhæserat deficiens, in innumeros alios errores prolapsus est. Anabaptistæ in duodecim ad minus sectas divisi sunt, quæ vel ab auctoribus suis, vel a locis in quibus vivebant, vel a vitæ instituto varia traxere nomina. Orti sunt XVI. sæculo, & etiamnum aliqui reperiuntur in Anglia, & alibi.

Anomæi, sive Anomi vel Anomiani a voce Græca *anomojos*, id est *dissimilis*, Filium Patri dissimilem asserebant. Duos habuere duces, Ætium, & Eunomium. Hic natione Cappadox, & Arii discipulus; ille Syrus, & Diaconus Ecclesiæ Antiochensis circa medium IV. sæculi eo dementiæ venerunt, ut spretis aliis legis divinæ mandatis assererent, sufficere solam cognitionem Dei, quem a se comprehendi impie, & superbe blasphemabant.

Antinomi sunt Lutherani quidam, qui docebant Legem Dei prorsus inu-

tilem esse viris Evangelicis; unde ab Hosio Cardinali dicti sunt Antinomi, id est Contrarii Legi Divinæ.

Antidicomarianitæ, seu Beatæ Mariæ Virginis adversarii dicuntur tum ii, qui Nestorianam hæresim renovantes Beatam Mariam negant Dei-param, aut cum Helvidio, & Joviniano perpetuam ejus virginitatem rejiciunt. Etiam tales monstrorum feras secta Lutherana produxit.

Antropomorphitæ asseruerunt Deum præditum esse forma corporea, & humana, nostrisque similia habere membra. Aliquando appellantur Audæani, sive Audiani ab Audæo Hæresiarcha, quem damnavit Concilium Antiochenum anno 341.

Apellitæ vel Apelliani dicti ab Apelle hæretico Marcionis discipulo, qui impiis sui magistri dogmatibus addebat Christum carnem suam non de matre, sed ex elementis accepisse, eamque resurgendo mundo reddidisse, & ita sine carne in cœlum ascendisse. Sic errorem Apellitarum exponunt S. Epiphanius *hæres.* 44., & S. Augustinus *lib. de hæres. c.* 23. Vixit Apelles II. sæculo.

Apollinaristæ dicti ab Apollinari Laodicæno Episcopo, qui initio docuit Christum corpus sumpsisse ex Maria, sed

ſed ſine anima; deinde quaſi ſe emendans dixit (non ſine novo errore) ſumpſiſſe quidem animam, ſed quæ mente careret, Verbumque Divinum ei fuiſſe loco mentis ſeu intellectus. Damnata fuit illa hæreſis in variis Conciliis Alexandrino anno 362. ſub S. Athanaſio; Romano anno 373. præſide S. Damaſo Papa; & tandem in Concilio II. Generali anno 381.

Aquarii ab aqua, qua ſola utebantur ſine vino in conſecratione Calicis. Hos refellit Sanctus Cyprianus *Epiſt. 63. ad Cæcilium*.

Arabici, teſte S. Auguſtino, animas cum corporibus mori dicebant: Graſſabantur in Arabia, ſed brevi correcti fuerunt ab Origene.

Archontici orti ſunt in Palæſtina circa medium II. ſæculi, docebantque hanc univerſam mundi molem non a Deo ſed ab Archangelis ſeu Angelorum principibus conditam eſſe; hujus hæreſis primus auctor fuiſſe creditur Simon Magus.

Ariani ducem agnoſcunt Arium Alexandriæ Presbyterum, qui IV. ſæculo ineunte aſſeruit Verbum non eſſe conſubſtantiale Patri, ac proinde Chriſtum eſſe purum hominem, & omni ſenſu minorem Patre. Hæc hæreſis damnata eſt primum ab Alexandro Patriarcha

Alexandrino anno 315., & poſtea a Concilio Nicæno I. Œcumenico. Norunt omnes Arium, dum a ſuis ſectatoribus quaſi triumphans Conſtantinopolim duceretur, miſera morte periiſſe, animam nefanda hæreſi infectam exhalando cum viſceribus anno 336. ſub Sancto Marco Papa.

Arminiani V. Gomariſtæ.

B

BArdeſenitæ, ſic dicti a Bardeſene Edeſſeno, vivente circa medium II. ſæculi, qui ait Sanctus Auguſtinus *Lib. de hæreſ. c.* 33. in doctrina Chriſti prius extitiſſe perhibetur inſignis, quamvis poſtea per omnia in Valentini lapſus hæreſim, addens de ſuo, ut fato adſcriberet actiones, & converſationes hominum. Bardeſenes ergo hominem tenebat non libere, ſed neceſſario operari.

Baſilidiani, dicti a Baſilide Antiocheno, de quo Sanctus Ignatius, qui obiit circa annum 107. ſic loquitur Ep. ad Trallenſes *Fugite Baſilidem, & totam collectionem malignitatis ejus*. Fuit Menandri diſcipulus, & Saturnini ſocius, de quibus ſuo loco. Inter alias ineptas Impietates, aſſerebat Baſilides Chriſtum non fuiſſe vere crucifixum, ſed

Si-

Simonem Cyrenæum cruci ferendæ angariatum vere ejus loco passum, & mortuum fuisse.

Beguardi, & Beguinæ erant nonnulli utriusque sexus hæretici damnati in pluribus Conciliis, sed præcipue in Viennensi Generali anno 1311. Docebant inter alia 1. hominem in hac præsenti vita talem prefectionis gradum assequi posse, ut reddatur impeccabilis, nec amplius valeat in gratia proficere, nec teneatur orare, jejunare, &c. 2. hominem in hac vita finalem beatitudinem ita perfecte assequi posse, ut habent Sancti in cœlo, nec indigere Sanctos lumine gloriæ ad videndum Deum. Iisdem erroribus imbuti erant Fratricelli, sic dicti a duobus apostatis ex Ordine Fratrum Minorum.

Berengarius, patria Turonensis, Archidiaconus Andegavensis, impie docuit anno 1035. Corpus Christi non esse realiter præsens in Eucharistia. Decem Concilia adversus illum Hæresiarcham ad vomitum sæpius revertentem post ejuratam hæresim congregata sunt ab anno 1050. ad 1079., quatuor Romæ sub Sancto Leone IX. anno 1050. sub Nicolao II. an. 1059. sub Sancto Gregorio VII. anno 1078. & 1079. Alia celebrata sunt Vercellis sub Leone IX. anno

no 1050. aut 1053. Parisiis an. 1050. Florentiæ anno 1055. Turonis eodem anno 1055. Rotomagi anno 1063. Pictavii anno 1075, &c. tandem Catholicus, & pœnitens obiisse creditur Berengarius anno 1088.

C

CAjanistæ, sive Cajani, vel Caini, sic describuntur a S. Epiph. *hær.* 38. Cum tenebrarum sint amatores, & Malefactorum imitatores, ipsum Abel odio habent, Cain vero diligunt, & Judæ laudem tribuunt &c. Idcirco autem laudabant Judam, quia cum præsciret, quantum profutura esset mors Christi omnibus, ipsum Judæis tradiderat. Vigere cœperunt circa medium II. sæculi.

Calvinistæ a Joanne Calvino Noviodunensi (*Noyon*,) qui circa annum 1550. variis hæresibus Galliam, & Sabaudiam infecit. Nihil fere in sancta Religione reliquit incorruptum; docuit inter alia Christi Corpus non esse in Eucharistia realiter præsens, & substantialiter; Mandata Dei esse hominibus impossibilia &c.

Carpocratiani a Carpocrate impiissimo, & impurissimo hæretico, qui negabat Resurrectionem, omne crimen

puta-

putabat imperatum, multa alia dictis, & factis tradebat impura, & sacrilega, quę ignorare melius est, quam refellere.

Cathari, id est puri, & mundi, iisdem fere temporibus orti, & erroribus infecti ac Novatiani, quorum erroribus addebant se sine peccato esse, unde omittebant hanc orationis dominicæ petitionem, *dimitte nobis debita nostra*. Docebant etiam parvulos baptismo non indigere, quia sine peccato quoque sunt.

Cataphrygæ, V. Montanistæ.

Catharistæ, id est mundatores, sive purificatores, sic dicti ob immundas, dictuque horrendas purificationes, quas exercebant in suis concentibus. & sacrificiis. Illi erant de secta Manichæorum, orti circa annum 279.

Cerdoniani secuti sunt Cerdonem magum, & hæreticum duos admittentem Deos, unum bonum, alterum malum. Vetus Testamentum rejiciebat; mortuorum resurrectionem negabat, docebatque Christum Dominum, neque ex Maria Virgine natum, neque veram assumpsisse carnem, nec vere mortuum, aut passum, sed simulate tantum. Cerdo post abjuratos sæpius errores a Sancto Hygino Papa ad pœnitentiam admissus est, sed relapsus ab eodem extra Ecclesiam pulsus; tandem

facti

facti pœnitens a Sancto Pio I. Hygini successore reconciliatus obiit, dum quos seduxerat, ad seniorem mentem reducere conaretur.

Cerinthiani dicti a Cerintho hæretico Simonis Magi discipulo, qui teste Sancto Augustino *Lib. de hæres. cap.* 8. Christum purum hominem fuisse, eumque nondum resurrexisse, sed aliquando resurrecturum asserebat. Fuit etiam unus ac præcipuus ex iis, qui dicebant *Act. cap.* 15. circumcisionem esse necessariam.

Cœlestiani dicti a Cœlestio Monacho Pelagii discipulo, Gratiæ interioris necessitatem ad omnes, & singulos pietatis Christianæ actus negabant. Vide V. Pelagiani.

Collyridiani sanctissimam Virginem Mariam ut Deam colebant, Collyridemque (unde Collyridiani) sive placentam illi per ministerium mulierum sacrificantes offerebant. Vivebant illi Quarto desinente Sæculo.

D

Donatistæ a Donato Episcopo loci, cui nomen a *Casis nigris* in Numidia. Schismatici fuerunt, & hæretici circa annum 312. Dicebant solos bonos, non vero peccatores esse membra

Ec-

Ecclesiæ, & Sacramenta non modo ab hæreticis, sed etiam a malis ministris colata esse iteranda: unde rebaptizabant catholicos ad suam sectam transfugientes, addebantque totam Ecclesiam periisse ob crimina Cœciliani Episcopi Carthaginiensis; quem dicebant illegitime ordinatum ab Episcopis Librorum sacrorum in persecutione traditoribus. Hunc etiam Cœcilianum accusabant avaritiæ ob negatam SS. Confessoribus in carcere detentis pecuniam, dum esset Archidiaconus Ecclesiæ Carthaginiensis, & ideo bonorum Ecclesiasticorum œconomus. Damnati sunt in Synodo Romana, 2. Octobr. anno 313. sub S. Melchiade Papa, & Cœcilianus innocens declaratus. Interum damnati sunt in Concilio Arelatensi anno 314. mense Augusto sub S. Sylvestro Papa.

E

EBionitæ ab Ebione scelestissimo hæresiarcha primi sæculi, qui inter alios impurissimos errores, docebat, Christum esse purum hominem, natum non ex Virgine, sed ex viro, & fœmina. Ad Ebionis impia dogmata refellenda S. Joannes dicitur a S. Hieronymo Evangelium suum scripsisse; Alii

Alii narrant S. Joannem id ſcripſiſſe occaſione Cerinthi. Quidquid ſit, eoſdem fere errores tradebant Cerinthus & Ebion.

Elipandus. V. Felix.

Encratitæ. V. Tatiani.

Enthuſiaſtæ erant Phanatici, qui ob extaſes, & raptus ſibi, ut ajebant, familiares, Enthuſiaſtæ, ſeu numine afflati dicti ſunt. Vocari ſunt etiam Euchitæ, id eſt orantes, quia ſolam orationem ſibi ſufficere credentes, bona alia opera, & Sacramenta tamquam inutilia negligebant.

Dicti ſunt quoque Meſſaliani. Ortum duxerunt a quibuſdam Monachis in Meſopotamia paulo poſt medium IV. ſæculi. In variis Conciliis, & tandem in Epheſino generali III. damnati fuere anno 431.

Evangelici ſunt hæretici, qui Lutheranam doctrinam ſub nomine novi Evangelii vel ex toto, vel ex parte ſectati ſunt, & in tres claſſes, Anabaptiſtarum, Confeſſioniſtarum, & Sacramentariorum poſtea diviſi ſunt.

Eunomiani erant Ariani, qui adhærebant Eunomio (de quo ſupra V. Anomæi) a voce Græca *Anomonios*, ideſt diſſimilis, quia Filium Patri æterno diſſimilem blaſphemabant. Damnati

ſunt

ſunt in Concilio Conſtantinopolitano I. Gen. II. anno 381.

Eutychiani ab Eutyche Cœnobii Cp. Archimandrita ſeu Præpoſito, aſſerebant unicam eſſe in Chriſto naturam. Et ex duabus in ipſo unam coaluiſſe: Damnati ſunt a Concilio Chalcedonenſi generali IV. anno 451.

F

FElix Epiſcopus Urgellitanus, cum Elipando Archiepiſcopo Toletano propugnavit Chriſtum ut homo eſt, eſſe filium adoptivum. Hic error, qui Neſtorianiſmum renovabat damnatus eſt anno 792. in Synodo Ratisbonenſi. Romæ errores abjuravit coram Adriano I. ſed relapſus, in Concilio Francoſordienſi anno 794. iterum damnatus eſt. Depoſitus ab Epiſcopatu, & convictus ab Alcuino, errorem iterum, ſed ficte ejuravit Lugdunum relegatus, 15. adhuc annos vixit, ſecreto errorem, quem videbatur depoſuiſſe, diſſeminans.

Flagellantes nomen acceperunt a flagellis nodoſis, quibus ſe ipſos lacerabant. Dicebant ab adventu ſuæ ſectæ Chriſti Evangelium ceſſaſſe, & Baptiſmum aquæ in Baptiſmum ſanguinis eſſe mutatum. Vagari cœperant per Gal-

liam,

liam, & Germaniam circa annum 1270.
Fratricelli, vide V. Beguardi, & Beguinæ.

G

GNoſtici, id eſt ſcientes: de iis S. Auguſtinus *Lib. de hæreſ. cap.* 5. Gnoſtici, *inquit* propter excellentiam ſcientiæ ſic ſe appellatos eſſe, vel appellari debuiſſe gloriantur, cum ſunt ſuperioribus omnibus vaniores, atque turpiores, & cum ab aliis atque aliis per diverſas terrarum partes aliter atque aliter nuncupentur; nonnulli eos etiam Borboritas vocant, quaſi cœnoſos, propter nimiam turpitudinem, quam in ſuis myſteriis exercere dicuntur. Vixerunt primo ſæculo, & deinceps multi alii hæretici Gnoſticorum nomen ambierunt.

Gomariſtæ a Franciſco Gomaro Theologiæ Profeſſore barbaræ Calvini circa prædeſtinationem ſententiæ addictiſſimo. Is Generalibus Hollandiæ Ordinibus denuntiavit tanquam hæreticum Jacobum Ariminium collegam ſuum in Academia Leydenſi. Suos Gomarus, ſuos & Arminius habuit protectores. Mortuo Arminio anno 1609. libellum ſupplicem (*une Remontrance*) Ordinibus ex-

exhibuere Arminiani, dicti idcirco *Remonstrantes*. Hunc libellum impugnarunt Gomaristæ, ea de causa vocati *Contra-remonstrantes*. Ut lis mota componeretur, Calvinistæ morem Ecclesiæ Romanæ, quem toties spreverant, imitati, Synodum Dordracenam anno 1618. celebraverunt, in qua victi fuere Remonstrantes. Nihilominus multi Calvinistæ postea, rejecta synodo, Gomaristas deseruerunt, adeo ut jam puriora systemata Calvini a discipulis ubique pœne, si Scholam Genevensem exceperis, deserantur.

Gothescalchus, vide Prædestinatiani.

Græci Schismatici ii sunt, qui jam dudum ab Ecclesia Romana deplorando Schismate defecerunt. Tentata fuit sæpius eorum unio Romanorum Pontificum zelo, & Benevolentia in universam Græcorum Nationem magnis in Ecclesias meritis illustrem, & aliquando obtenta, ut Concilio Florentino Generali, sed brevi postea iterum scissa. Schismati hæreses nonnullas addiderunt, negando Spiritum Sanctum procedere a Filio, & Romanum Pontificem esse totius Ecclesiæ Catholicæ Caput. Incœpit schisma Græcorum anno circiter 860. sub Photio pseudo-Patriarcha Constantinopolitano. *Nulla publica Fidei*

Con-

Confeſſione impugnata fuere, (a Græcis) *quæ in Synodo Florentina ſtatuta*, & *definita fuerant*: *Error eſt igitur aliquorum perſonalis*, *non Eccleſiæ totius Græcæ*, inquit Tournely de Trinitate quæſt. VI, art. 3. Quare Romani Pontifices nullo Decreto publice a ſua Communione nominatim ſepararunt Græcam Eccleſiam; quod maxime tenere debent Latini cum Græcis in Oriente verſantes, ne noxiis diſcordiis unionem reddant difficiliorem.

H

HEnriciani orti ſunt a quodam Henrico Toloſano, Monacho Apoſtata, qui initio duodecimi ſæculi docuit Miſſæ Sacrificium nihil eſſe, preces pro defunctis nihil prodeſſe, Baptiſma ſine fide parvulis eſſe inutile.

Huſſitæ vocati a Joanne Hus Bohemo, qui adjuncto ſibi Hieronymo Pragenſi Valdenſium, & Viclefiſtarum errores renovavit, initio ſæculi XV. Magiſtri ſui Joannis Hus erroribus alios addiderunt Huſſitæ. V. G. Communionem ſub ſpecie etiam vini neceſſariam eſſe laicis omnibus propugnabant. Damnatus fuit uterque ille Doctor hæreticus a Concilio Conſtantienſi, & brachio

ſæcu-

sæculari traditus vivus uterque combustus est.

I

JAcobitæ, sic dicti a Jacobo natione Syro, viro obscuro prorsus, & ob summam tenuitatem *Zanzalo* vocato. Is circa annum 535. hæreseos Eutychetis propagator fuit, & auctor sectæ Armeniorum, quæ fuit hæreseon omnium velut sentina; Armenii enim male de Trinitate, & Christo sentiebant, & idem quod Ariani, & Apollinaristæ.

Janseniani a Jansenio Episcopo Yprensi, cujus librum cui titulus, *Augustinus*, catholicum esse existimant, utpote continentem ipsam S. Augustini doctrinam circa Gratiam, & liberum Arbitrium, in eoque ajunt non reperiri errores quinque famosarum propositionum. Aliter judicavit Innocentius X., & post eum Alexander VII. Utriusque Pontificis Constitutiones approbavit Clem. XI. cum Ecclesia universa. Janseniani dicunt Jansenismum merum esse phantasma. Hæc propositio damnata est a Clero Gallicano in Comitiis anni 1700. Jansenismi auctor in Gallia fuit Abbas Sancyranus: promotores varii suo quique tempore, inter quos præ-

præcipuus fuit Quenellius, apud Batavos defunctus anno 1729.

Iconoclastæ, sive Iconomachi, id est sacrarum Imaginum fractores, & hostes infensi, Ecclesiam vexaverunt octavo ineunte sæculo. Damnati sunt a Concilio II. Nicæno, generali VII. anno 787. Horum errores renovaverunt Valdenses, Wiclefistæ, Hussitæ, Calvinistæ, &c.

Illuminati. Vide V. Quietistæ.

Joviniani a Joviniano Religioso Mediolanensi apostata, nuptias cœlibatui æquabant; Christum ex Virgine natum negabant; jejunium, aliasque corporis macerationes nihil prodesse; sanctos omnes in cœlo æquali gloria donatos affirmabant.

Judæi a SS. Augustino, & Thoma reponuntur inter Hæreticos, quia Vetus Testamentum admittentes Christianæ Fidei in figura susceptæ omnino renituntur. In hoc præsertim errant, quod Christum Filium Dei, verumque Messiam esse negent.

L

Libertini, sic dicti ob effrænem, quam prædicabant, & sequebantur, tum credendi, tum vivendi libertatem. Vocati sunt etiam Quintinistæ a Joanne Quintino, qui erat natione

Picar-

Picardus, & professione Sartor. Illi Scripturas ridebant; Mysteria fere omnia rejiciebant; omnia omnibus licita esse volebant, omnia a Deo fieri dicebant: ipsa etiam peccata, aut potius peccatum nihil esse, nisi inanem quandam opinionem. Grassari cœperunt in Hollandia, & Brabantia XVI. ineunte seculo. Nefandæ hujus libertatis amatores sunt multi nostris temporibus omnis Religionis, aut potius nullius sectatores.

Luciferiani a Lucifero Calaritano (*Cagliari*) in Sardinia Episcopo austerioris Spiritus viro, qui indigne ferens Episcopos Arimini lapsos, & postea pœnitentes sedibus suis restitui, schisma fecit anno 372. Satis probabile est Luciferianos schismati suo nullam hæresim addidisse.

Lutherani a Martino Luthero Saxone, Monacho Ordinis Eremitarum S. Augustini. Is anno 1517. apostata factus, ex apostata hæreticus, & hæresiarcha Ecclesiam devastavit, & Imperium Germanicum. Suos discipulos dici voluit *Evangelicos*, id est Evangelii, ut ajebat, per Catholicos corrupti, & a se restituti sectatores. Hi in plures sectas divisi sunt postea; ex ea enim impia radice pullularunt rami non minus impii, Anabaptistæ, Sacramen-

tarii, & Confeſſioniſtæ, qui Confeſſioni Auguſtanæ (*Ausbourg*) adhærere ſe proteſtantur, & quia error diu conſtans eſſe nequit, variis acceptis a Luthero dogmatibus ſua adjecere commenta, unde apud Lutheranos dici poſſunt tot eſſe ſenſus, quot capita.

M

MAcedoniani a Macedonio, Patriarcha Conſtantinopolitano, qui primo Arianus, poſtea Semi-Arianus, tandem clare, & aperte in Spiritum Sanctum blaſphemavit, dicens eum eſſe meram creaturam. Damnati ſunt a Concilio Conſtantinopolitano I. Gen. II. anno 381.

Manichæi a Mane Perſa, III. ſæculo Eccleſiam infeſtarunt, Duos Deos, unum bonum, & boni auctorem, alterum malum, & mali cauſam agnoſcebant: ex quo inferebant, 1. Creaturas eſſe malas, & immundas; 2. illicitas eſſe nuptias; 3. Veterem Legem, & Vetus Teſtamentum rejiciebant, admittebant Metempſycoſim, ſeu tranſitum animarum de corpore in aliud corpus. Chriſtum aſſerebant nec verum hominem fuiſſe, ſed phantaſticum, nec de Virgine natum.

Marcionitæ, quibus nomen dedit Marcion vir corruptæ virginis reus, & idcirco a patre suo Episcopo de Ecclesia ejectus, Cerdonianos errores sectatus est, aliosque multos de suo adjecit. Tres Deos admittebat, unum invisibilem, visibilem alterum mundi creatorem, & tertium, Diabolum mali auctorem. Novus ille hæresiarcha errores suos disseminavit circa annum 142.

Massaliani, vide V. Enthusiastæ.

Massilienses ab urbe Massilia (*Marseille*) vocati, erant quidam Presbyteri in ea commorantes, partim idem cum Pelagianis, partim ab iis diversa sentientes. Dicti sunt etiam Semipelagiani: in eo præsertim errabant, quod gratiæ interioris prævenientis necessitatem ad initium fidei, seu salutis negarent, Eos refellit S. Augustinus circa annum 430. *Libris de Præd. SS., & de Dono Perseverantiæ*.

Melchisedechiani dicebant Melchisedecum non fuisse hominem purum, sed Dei virtutem aliquam Christo majorem. S. Epiphanius hæresi 55. putat illos a Teodoto quodam, qui vivebat circa annum 196. prodiisse.

Meletiani schismatici, a Meletio Lycopolis in Ægypto Episcopo, qui convictus sacrificii idolis oblati in persecu-

tione Maximi, depositus fuit a S. Petro Alexandrino Patriarcha. A Judicis sui communione Meletius se subduxit, & schismatico Arius hæresiarcha se adjunxit. Damnati suut Meletiani Concilio Nicæno generali I. anno 325.

Menandriani a Menandro Simonis Magi discipulo impudentissimæ superbiæ viro, qui se mundi salvatorem jactabat, eosque solos salvari posse, qui in suo essent nomine baptizati. Confutatus est a S. Ignatio Martyre, qui obiit circa annum 107.

Millenarii ex male intellecto quodam Apocalypsis loco cap. 20. inferebant post resurrectionem generalem Christum per mille annos regnaturum, sanctosque cum Christo corporaliter victuros. Ita Papias Hierapol. circa annum 130., & alii. Turpes quidem hæretici (ex quorum numero non fuerunt Papias, & hi de quibus modo) dicebant Sanctos toto illo mille annorum spatio omnibus voluptatibus carnis fruituros.

Monophysitæ iidem sunt, qui Eutychiani, sic dicti quod unam in Christo naturam tantum admitterent: μονος unus, & φύσις natura. Vide Eutychiani.

Monothelitæ unicam in Christo voluntatem agnoscebant. Præcipuos duces habuerunt Sergium Constantinopolita-

litanum, Cyrum Alexandrinum, Macarium Antiochenum Patriarchas, Pyrrum, & Paulum Sergii ſucceſſores, & Theodorum Pharanitanum. Damnati ſunt a Concilio VI. generali anno 680.

Montaniſtæ a Montano, qui circa annum 180. cum duabus ſociis Priſcilla, & Maximilla, quas a viris ſuis abduxerat, diſſeminavit errores multos: imprimis ſibi, non Apoſtolis, conceſſam plenitudinem Spiritus Sancti; non eſſe baptizandum in nomine SS. Trinitatis; fœminas ſacris initiari poſſe Ordinibus &c. In Montaniſtarum errores incidit aliquando Tertullianus, quos antea confutaverat. Montaniſtæ dicti ſunt Cataphryges, quod hæreſis illius auctores ex Phrygia orti eſſent, ejuſque ſectatores ibi maxime verſarentur.

N

NAzaræi ii forte ſunt, de quibus *Act.* 15. *v.* 1. quidam deſcendentes de Judæa docebant fratres, quia niſi circumcidamini ſecundum morem Moyſi, non poteſtis ſalvari. Summa erroris eorum erat Veterem Legem una cum nova ſervandam eſſe.

Neſtoriani a Neſtorio Patriarcha Conſtantinopolitano, qui duas in Chri-

ſto perſonas admiſit, & B. V. Mariam negavit eſſe Dei Matrem. Damnatus fuit a Concilio Epheſino Generali III. anno 431., & obiit in exilio.

Nicolaitæ nomen habent a Nicolao, uno de ſeptem primis Eccleſiæ Diaconis, quem tamen talis ſectæ impuriſſimæ falſo authorem fingunt. Eo zelotypiæ erga conjugem ſuam accuſato, eamque velut purgandi ſe cauſa deſerere volente, dixerunt qui ejus ſe diſcipulos jactitabant licitum eſſe, ut quiſque ea uteretur, qua vellet fœmina. De hæreticis illis in Apocalypſi c. 2. dicitur *ſed hoc habes, quod odiſti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi*. Hos etiam increpat S. Petrus in ſecundæ Epiſtolæ ſuæ cap. 2. v. 15. ſub nomine ſectatorum Balaam.

Noetiani a Noeto Epheſi oriundo, viro ad inſaniam uſque deliro, qui ſe Moyſem, & fratrem ſuum, Aaronem eſſe dixit aut Eliam: novas de Deo, & Chriſto opiniones in vulgus projecit, & Sabellio diſcipulo ſuo communicavit. Vide V. Sabelliani.

Novatiani a Novatiano Eccleſiæ Romanæ Presbytero, auctore primi in Eccleſia Catholica Schiſmatis, & primo Antipapa. Schiſmati hæreſim addidit, negando Eccleſiam habere poteſtatem remittendi omnia peccata. Se Catharos,

id eſt

id est puros idcirco nominabant. Damnati sunt a S. Cornelio Papa circa medium sæculi III.

O

OPhitæ, id est Serpentini II. sæculo, quia serpentem illum, qui primos decepit parentes, Christum esse dicebant, & de cœlo descendisse, scientiamque boni attulisse.

Origenistæ ab Origene, de quo inter Patres suo loco egimus; dicebant animas hominum ante suam cum corporibus unionem subsistere, & corporibus tanquam carcere concludi in pœnam præcedentium peccatorum, non semper duratura reproborum supplicia, &c. Nonnulli dubitant utrum horum omnium errorum parens, & auctor fuerit Origenes: suspicantur illi a discipulis Origenis tanti Magistri scriptis sparsim additos fuisse. Quidquid sit, hoc certum Opera Origenis proscripta ab Anastasio I. Papa circa annum 400., & a 5. Concilio Generali anno 553.

P

PAschasitæ celebrant Pascha decimaquarta luna mensis Martii quacum-

que die occurrente. Dicuntur etiam Quartodecimani. Orta fuit contentio de diei Paſchæ celebratione circa annum 154. aucta circa 182., & tandem quæ a S. Victore I. damnata fuerat Paſchaſitarum praxis, eadem iterum fuit proſcripta a Concilio Nicæno I. anno 325.

Paulianiſtæ a Paulo Samoſateno Epiſcopo Antiocheno, qui teſte S. Auguſtino *Lib. de Hæreſ. cap.* 44. dixit Chriſtum fuiſſe purum hominem. Damnatus eſt in Synodo Antiochena anno circiter 270. celebrata.

Pelagiani Duce Pelagio Britanno profeſſione Monacho, divinæ gratiæ interioris neceſſitatem negabant, ut & peccati originalis exiſtentiam. Varia contra eos celebrata fuere Concilia, imo & in Concilio Epheſino Generali III. damnata eſt illa hæreſis.

Petrobruſiani XII. ſæculo ſequebantur errores cujuſdam Petri Bruiſii natione Galli Occitani vel Delphinatis, quos recenſuimus ubi de Henricianis. Bruiſium illum incendio vivum periiſſe in villa S. Ægidii Diœceſis Nemauſenſis anno circiter 1126. teſtatur Petrus Venerabilis Cluniacenſis.

Phariſæi, quos acriter ſæpe reprehendit Chriſtus, Traditiones ſuas humanas Legis divinæ mandatis præferebant.

Vide

Vide cap. 15. apud S. Matthæum v. 3.

Photius. Vide Græci.

Photiniani a Photino Ecclesiæ Sirmiensis Episcopus, & Pauli Samosateni discipulo. Is damnatus fuit in Mediolanensi Synodo anno 347. & Episcopali dignitate privatus in Sirmiensi Concilio anno 351.

Præadamitæ post auctorem Anonymum, qui anno 1655. librum composuit cui titulus, *Præadamitæ*, sive Exercitatio super versus 12. 13. 14. cap. 5. Ep. ad Rom. dicunt Adamum non fuisse primum hominem a Deo creatum, sed ante eum alios extitisse homines.

Prædestinatiani sunt hæretici, qui dicebant bona opera nihil prodesse damnandis, nec mala nocere prædestinatis; alios ita prædestinatos esse ad vitam ut perire non possint; alios ad mortem ita conditos, ut salvari nequeant. Ista hæresis, quæ initio paucos habuit sectatores hinc inde dispersos, renovata fuit a Lucido quodam Presbytero circa annum 475., & paulo post ab eodem ejurata, suadente Fausto Regiensi, & damnata in duobus Conciliis, uno Arelatensi, altero Lugdunensi. Sæculo IX. a Gothescalco Monacho Benedictino illa hæresis exsuscitata est, jamdiu ante sopita, & nostris fere temporibus

a Luthero, & Calvino fuit propagata.

Priſcillianiſtæ orti ſunt circa annum 381. a Priſcilliano Hiſpano, Abulenſi Epiſcopo; cum Manichæis duos admittebant Deos, cum Sabellio Trinitatem perſonarum in Deo negabant. Ut hos, & alios errores ſecurius occultarent, & occultando diffunderent, dicebant perjurium eſſe licitum, juxta illud tritum, & vulgatum in illa perdita ſecta: *jura, perjura, ſecretum prodere noli.*

Proteſtantes. Horum nomine vulgo intelligimus ſectatores Lutheri, & Calvini: proprie tamen ii ſoli Lutherani dici debent Proteſtantes, qui anno 1529. proteſtati ſunt in Germania contra Decretum, quo tollebatur libera cuique Religionis optio, & Catholicæ profeſſio præcipiebatur.

Q

QUartodecimani. Vide Paſchaſitæ.

Quietiſtæ ſunt falſi quidam Myſtici, ſuperiori ſæculo exorti. Dicunt animam perfectam, & Deo totaliter unitam nihil debere operari, neque velle, neque petere, neque gratias agere, ſed mere paſſive ſe habere, & in abſoluta permanere indifferentia de omnibus, etiam de damnatione æterna vel ſalute.

Qui-

Quietistarum crassiorum errores 68. propositionibus contenti damnati sunt ab Innocentio XI. anno 1687. Damnatus est etiam, & Romæ convictus Michael de Molinos Presbyter Hispanus. Vide V. Beguardi, Beguinæ, Enthusiastæ, quorum falsa deliria renovantur a Quietistis.

Quintiniani. Vide V. Libertini.

R

RHetorii a Rhetorio vocati, cunctas approbabant hæreses, hæreticosque omnes laudabant. Quæ hæresis insanam mentem, & inversum cerebrum sectantium demonstrat: cum enim inter hæreses aliæ aliis e diametro opponantur, qui fieri posset, ut omnes recte sentirent?

Risvichiani, auctore Hermanno Risvich Batavo, impie docebant nullos fuisse a Deo creatos Angelos, eo solo ducti motivo, quod nullibi Scriptura id dicat. Negabat is insuper immortalitatem animæ, pœnarum inferni existentiam; blasphemabat in Christum; Baptismum suum ejuravit, unde a sacra Inquisitione proscriptus, & potestati sæculari traditus, vivus combustus est anno 1512.

S

SAbelliani, a Sabellio viro Pentapolitano, negarunt Trinitatem Perso-

narum in Deo, dixeruntque unam duntaxat esse personam, sed Trinominem, quæ prout ingenita est, & creandi principium, dicitur Pater; prout incarnata, Filius; & prout sanctificans creaturas, Spiritus Sanctus vocatur. Unde dicti sunt hujus sectæ hæretici Patripassiani, & Monarchici; Patri-passiani, quia cum Patrem a Filio, qui passus est in Cruce, distinctum negarent, Patrem consequenter passum esse dicebant. Monarchici vero appellati sunt, quia unam tantum in Deo Personam admittebant. Damnatus est error Sabellii in Concilio Romano sub S. Dionysio Papa circa annum 263.

Sacramentarii dicuntur vulgo ii, qui extinctam Berengarii hæresim renovarunt sæculo XVI. quorum præcipui fuerunt Carolostadius Sacerdos, qui primus e Clero apud Germanos uxorem ducere fuit ausus; Zuinglius Constantiensis Canonicus, Œcolampadius apostata ex Ordine S. Brigittæ, &c.

Saducæi, de quibus in Scriptura fit mentio, negabant futuram mortuorum resurrectionem.

Samaritæ, sive Samaritani, solos quinque Moysis Libro, seu Pentateuchum admittebant: alios Scripturæ sacræ Libros respuebant.

Saturniani circa annum 118. nomen ha-

habuerunt a Saturnino Antiocheno Menandri discipulo, qui negabat Christum veram hominis carnem assumpsisse.

Secundiani a Secundo quodam hæretico Valentini discipulo, qui circa annum 150. magistri sui fabulas de OEonum, seu Deorum progenie sequebatur, & cum eo docebat Christum cæleste secum de cælo detulisse corpus, nihilque de B. Virgine sumpsisse, sed per eam quasi per canalem transiisse.

Semiariani partim cum Arianis sentiebant, partim ab iis differebant. Cum Arianis nolebant Filium Dei consubstantialem esse Patri; contra eos dicebant eum esse similem Patri. Semiarianorum duces præcipui fuere Basilius Ancyranus, & Macedonius Constantinopolitanus Patriarcha.

Semi-Pelagiani. Vide Massilienses.

Severiani II. currente sæculo post Severum Tatiani hæretici discipulum: vini usum damnabant, & vitem e terra & serpente progenitam esse dicebant, & ideo juxta illorum deliria vitis est instar serpentis intorta, & uvæ sunt veneni guttæ, & stillæ. Docebant insuper mulierem esse opus Satanæ, & nuptias damnabant.

Simoniani, a Simone Mago omnium fere hæreseon parente, credebant mundum non fuisse a Deo, sed ab An-

gelis conditum; corporum nullam fore resurrectionem, &c. A Simone nomen accepit Simonia, teterrima illa pestis, qua pro temporali datur spirituale. Lege cap. 8. Actuum Apostolorum v. 18. & seq.

Sociniani, sic dicti a Fausto Socino patria Italo Senensi, & nepote Lælii Socini, Calvini antea sectatore: omnia fere renovant portenta hæreseon Arianæ, Macedonianæ, Paulianæ, Pelagianæ, Calvinianæ, &c. Trinitatis & Incarnationis mysteria, & Ecclesiæ Sacramenta pessumdant. Propagata fuit ista secta per Poloniam, & Transsylvaniam XVI. sæculo, & deinceps, Impius Socinus mortuus est anno 1064.

T

TAtiani a Tatiano primum Sancti Justini Martyris discipulo, & postea Encratitarum, id est Continentium duce circa annum 173. damnabant matrimonium tanquam malum & illicitum; abstinendum dicebant a carnibus tanquam a malo principio, & Dæmone creatis.

Themistiani. Vide V. Agnoitæ.

Theodotiani, a Theodoto Coriario, solam humanam Christo naturam tribuebant, unde Christum purum hominem, & Beatam Mariam puri hominis matrem asserebant. A Victore I. Papa excommunicatus fuit circa initium Sæculi III.

Theo-

Theopaſchitæ Chriſti Divinitatem paſſam eſſe tenebant circa annum 476. Dux eorum fuit Eutychianus quidam, cui nomen Petrus Cnaphæus inter Acœmetas Monachus, & Petrus Fullo dictus, quia Fullonis artem exercebat. Antiochenam poſtea invaſit Sedem vivente adhuc Martyrio Patriarcha Antiocheno, quem poſtea nefarie trucidari juſſit.

Turlupini, ſcelerata turpium hominum ſecta, XIV. ſæculo graſſabantur Beguardorum erroribus addicti: dicebant præterea de nulla re nobis a natura conceſſa erubeſcendum; & hoc imbuti nefando principio, nudi publice incedebant, & multa faciebant dictu, & cogitatu pudenda.

V

VAldenſes, ſive Pauperes de Lugduno, Hæretici XII. ſæculo graſſantes dicti a Petro Valdo Delphinate & Lugdunenſi mercatore. Is anno 1160. ſubita morte unius e concivibus perterritus, omnia bona ſua erogavit pauperibus, quibus Novum Teſtamentum ignarus licet explicare volens, varios errores prædicavit. Dicebat inprimis Miniſtros Eccleſiæ non poſſe ſine peccato propria poſſidere; omnem poteſtatem ſive eccleſiaſticam ſive laicam, ſolo mortali peccato deperdi; nullam orationem aliam, præter

ter dominicam *Pater noſter*, admittendam.

Valentiniani II. ſæculo ſecuti Valentinum triginta admiſere Deos, ſive Æonas, id eſt græce, ſæcula, & ex trigeſimo Æona, ſive ſæculo, prodiiſſe Diabolum.

Wiclefiſtæ, a Joanne Wiclefo Anglo Presbytero, & Parocho in Diœceſi Lincolnienſi, qui obiit anno 1387. in multos errores lapſus eſt. 45. ejus articuli damnati ſunt in globo a Concilio Conſtantienſi anno 1414. id eſt 27. poſt ejus obitum annis. Ex illis articulis, alii membra Eccleſiæ, alii ejuſdem auctoritatem, alii Romani Pontificis Juriſdictionem impugnant. Quid vivens Wiclefus ſenſerit circa Euchariſtiam non omni ex parte liquidum eſt. Inter omnes ſatis convenit ab eo rejectam fuiſſe Tranſubſtantiationem; ad vitæ uſque finem in paſtoralis muneris functionibus exercendis, Sacriſque ſolemni more celebrandis perſtitit; attamen hæreſim ſuam non depoſuerat, & in ea diſceſſit finaliter impœnitens, ut ait Concilium Conſtantienſe Seſs. 8. Recte dictus eſt ab aliquo Auctore *hypocritarum ſpeculum*.

Vigilantiani, a Vigilantio Presbytero Gallo, quem ironice S. Hieroymus vocabat Dormitantium, docebant quinto ſæculo illicitam eſſe Sanctorum venerationem, vetitumque ſanctarum Reliquiarum cultum.

Zuin-

Z

ZUingliani, a Zuinglio Canonico Constantiensi & postea Apostata; asserunt in Eucharistia esse solum Corporis Christi signum, & in ista propositione: *Hoc est Corpus meum*, verbum *est* accipi pro *significat*.

Ecce quam multas commemoravimus hæreses, nec tamen modum postulationis (plurium) *implevimus: ex quo enim Christiana Religio .... hæreditatis promissæ nomen accepit, quæ hæreses ortæ sint, quomodo commemorare omnes potui, qui omnes nosse non potui? ... Nec earum, quas commemoravi, omnia dogmata me dixisse vel didicisse profiteor ... nec ideo tamen parum prodest errores istos, quos huic operi intexui, lectos cognitosque vitare: quid enim contra ista sentiat Catholica Ecclesia* (quod multi optavissent a nobis) *superstue quæritur, dum hoc scire sufficiat, eam contra ista sentire, nec aliquid horum in fidem quemquam debere recipere. Quomodo autem, quæ contra hæc veritas habet, asserenda ac defendenda sunt, modulum hujus Operis excedit.* Ita Sanctus Augustinus Lib. de hæresibus ad Quod-vult-Deum circa finem.

Catalogos Hæreticorum scripsere imprimis S. Epiphanius in Panario contra omnes Hæreses scripto, quæ eo

tem-

tempore octoginta numerabantur, sæculo scilicet quarto: Eodem extremo sæculo Philastrius Brixiensis Episc. Librum de Hæresibus scripsit, qui extat in Bibliotheca SS. PP. in quo tamen Libro quædam inter Hæreses numerantur, quæ revera Hæreses non sunt. Scripsit & paulo post S. Augustinus Librum de Hæresibus ad Quod-vult-Deum, cui a Gennadio additæ sunt quatuor Hæreses, Nestoriana, Eutychiana, Prædestinatiana, & Timotheana. Theodoretus quinto sæculo Hæreticarum Fabularum Libris quatuor prioribus singularum Hereseon brevem historiam complexus est: Quintus Divinorum Decretorum Epitomen continet. Vincentius deinde Lirinensis in Commonitorio priori, & tribus ultimis Capitulis Commonitorii, seu Libelli posterioris. Initio sæculi XII. Honorius Augustodunensis Hæreseon ab ortu Ecclesiæ Catalogum conscripsit: Circa an. 1320. Guido Carmelita ingens volumen de Hæresibus scripsit. Basileæ 1556. Hæreseologia prodiit, sive Vetera Theologorum Scripta contra Hæreses. Adde Alfonsum a Castro de *Hæresibus*: De quibus etiam copiose, ex idoneis auctoribus, eorum transcriptis verbis in sua Chronographia latina, Lugduni 1616. egit Jacobus Gaulterius Soc. Jesu.

BRE-

BREVIS NOTITIA
LIBRORUM
JURIS UTRIUSQUE.
DE JURE CANONICO.

JUS Canonicum, ſic dictum quod conſtet Canonibus, ſeu regulis Eccleſiæ, eſt collectio Canonum, ſeu Decretorum Eccleſiaſticorum Auctoritate Eccleſiæ facta, vel approbata.

Hodiernum (de quo ſolo nunc) tribus Voluminibus, & ſex collectionibus continetur.

1. Volumen vocatur Decretum Gratiani: cum enim multi Sacros Canones collegiſſent, ut Dyoniſius Exiguus, Iſidorus Hiſpalenſis, Creſconius Africanus Epiſcopus, Iſidorus Mercator, Regino Prumienſis, Abbas, Burchardus Wormatienſis, Yvo Carnotenſis, horum veſtigiis inſiſtens Gratianus, de quo ſupra pag. 131. per 24. annos, aut circiter deſudavit in colligendis variis tum Conciliorum, ſive Generalium, ſive Particularium Canonibus, tum SS. Pontificum Decretis, tum SS. Patrum dictis, ſeu ſententiis: quæ omnia in unum redacta inſcripſit *Concordantia diſcordantium Canonum*, eo quod Canones in

ſpe-

ſpeciem diſcordes conciliaret, ac publica fecit anno 1151. aut circiter.

Decretum tribus conſtat partibus. 1. Agit de Perſonis Eccleſiaſticis, ac complectitur 101. Diſtinctiones, quarum ſingulæ multis ordinarie conſtant Capitibus, ſeu Canonibus.

2. Tractat de Actionibus, ſeu Judiciis Eccleſiaſticis, & continet 36. Cauſas, quæ diſtribuuntur in varias Quæſtiones, multis item Capitibus conflatas. Cauſæ vero trigeſimæ tertiæ Quæſtio 3. continet Tractatum de Pœnitentia in 7. Diſtinctiones diviſum.

3. Cui titulus eſt, *de Conſecratione*, agit de Rebus ſacris, & in 5. Diſtinctiones diſtribuitur.

Hoc opus ab Eugenio III. fuiſſe approbatum aſſerunt nonnulli, ſed veroſimilius videtur, privata tantum auctoritate fuiſſe editum, nec proinde plus habere auctoritatis, quam habent fontes, ex quibus deſumpti ſunt Canones. Quia vero menda quædam irrepſerant in Decretum, tribuebatur V. G. uni auctori, quod alteri convenit, laudabantur Concilia nullibi celebrata, &c. ab iis mendis magna ex parte purgatum eſt juſſu, & cura SS. PP. Pii IV. & V. Greg. XIII. ac tandem ab Auguſtino Tarraconenſi Epiſcopo, in Opere edito *De Emendatione Gratiani*.

Sic

Sic autem citari solent Canones, seu Capita primæ partis, Cap. *Quorumdam* Distinct. 23. vel Distinct. 23. Cap. *Quorumdam*: id est, Capite quod incipit ab isto vocabulo, *Quorumdam*, quodque reperitur in Distinctione 23.

Canones secundæ partis citantur v. g. Causa 16. Cap. *Episcopo* Quæst. 6. Tractatus vero de Pœnitentia sic allegatur: De Pœnitentia, Distinct. 3. Cap. *Irrisor est*. Idest, in Tractatu de Pœnitentia (quem in Causæ 33. quæstione 3. esse diximus) distinctione 3. capite quod incipit ab his verbis; *irrisor est*.

Canones vero tertiæ partis: de Consecratione dist. 5. Cap. *Manus*.

Aliquando invertitur ordo, & primo citatur Canon; deinde Causa vel Distinctio sic: Can. *Manus* de Consecrat. dist. 5.

Aliquando ex prima, & tertia parte Decreti laudantur Canones, citando priora cujusque Canonis verba, adjecto simul n. 1. 2. &c. V. G. Can. *multis* 5. Dist. 44.

Quod si multi canones in eadem distinctione vel quæstione ab eodem vocabulo incipiunt, additur numerus, quo possit citatus canon designari V. G. Cap. *quando* 2. distin 44. id est, 2. capite ex iis quæ incipiunt a voce, *quando*, in distinctione 44. Idem observatur in aliis libris Juris Canonici.

Ad

Ad calcem Decreti reperiuntur in aliquibus editionibus Canones Pœnitentiales, & ii qui ſub Apoſtolorum nomine vulgantur.

II. Volumen continet 5. Libros Decretalium, quæ dicuntur Gregorii IX. quia ejus juſſu S. Raymundus de Pennafort Canones in poſtremis Conciliis Generalibus editos, ac Decreta SS. Pontificum, præcipue vero Alexandri III. Innoc. III. & Honorii III., in unum volumen collegit, & edidit 5. Libros Decretalium variis Titulis inſcriptos, qui multa continent Capita. In 1., agitur de Perſonis Eccleſiaſticis; in 2. de Judiciis; in 3. de Clericis, & Rebus Sacris: in 4. de Perſonis Laicis, ſeu de iis, quæ ad Sponſalia, & Matrimonium pertinent; in 5. de Criminibus, & eorum Pœnis.

Nota eumdem ordinem ſervari in Sexto, Clementinis, & Extravagantibus communibus.

Collectionem hanc editam anno circiter 1230. auctoritate Apoſtolica confirmavit Gregorius IX.

Allegantur hoc modo: extra de Simonia cap. *Mattæhus*. Id eſt, extra Decretum Gratiani, nempe in Decretalibus Greg. IX. titulo de Simonia cap. *Matthæus*.

Aliquando citantur, non per verba, ſed

ſed per numeros, V. G. cap. 1. de Prębendis.

In unoquoque Titulo capita omnia, quibus non præfigitur nomen Pontificis, tribui debent Pontifici, qui fuit ultimo deſignatus.

III. Volumen tribus conſtat partibus; quarum 1., dicitur Sextus: 2. Clementinæ, 3. Extravagantes.

1. Sextus ſic nuncupatur, quia quinque Libris Decretalium Greg. IX. additus eſt, SS. Pontificum, qui Gregorium IX. inter, & Bonifacium VIII. ſederunt, Epiſtolas Decretales, & ipſius Bonifacii Conſtitutiones complectitur. A Bonifacio VIII. promulgatus eſt anno circiter 1298.

Citantur Canones Sexti eodem modo quo Decretales Greg. IX. addita ſolum hac voce, in Sexto: V. G. cap. *Si gratioſe*, de Reſcriptis in 6.

In fine Sexti apponuntur Regulæ Juris.

2. Clementinæ ſunt Conſtitutiones Clementis V. in Concilio Viennenſi editæ, & a Joanne XXII. ejus ſucceſſore promulgatæ circa annum 1316.

Sic allegantur: Clementina *Quamvis*, De Foro competenti; vel Clementina unica, De foro compet. vel etiam addito numero, V. G. Cap. *nolentes* 2. in Clementis de Hæreticis.

3. Extravagantes, ſic dictæ, quod vagarentur extra Corpus Juris Canoni-

ci; Aliæ autem ſunt Particulares, aliæ Communes.

Particulares, quæ dicuntur Joannis XXII. ſunt hujus S. Pontificis Conſtitutiones in 14. titulos diſtributæ.

Sic citantur: cap. *Eccleſiæ* extrav. (vel Extravag.) Joan. XXII. vel etiam cap. *ad onus*, 1. de electione, & electi poteſtate in Extravagantibus Joannis XXII.

Communes, ſic appellatæ, quod ſint Conſtitutiones plurimorum SS. Pontificum, qui paulo ante, vel poſt Joannem XXII. vixere, imo & ipſius Joannis XXII. a privatis quibuſdam collectæ ſunt, nec ullius S. Pontificis auctoritate promulgatæ. Videntur tamen uſu ut plurimum receptæ.

Dividuntur in 5. Libros, quibus tamen deeſt Quartus, de Sponſalibus. Eodem modo allegantur, quo particulares, ſed aditur, in Extravag. Communibus.

Cum abſolute citantur Extravagantes, ſemper intelliguntur communes.

Extat etiam in quibuſdam juris editionibus ſeptimus Decretalium liber conflatus ex variis SS. Pontificum Conſtitutionibus, ſed privata tantum auctoritate editus eſt, & raro allegatur.

Eſt & Bullarium Magnum, quod multis conſtat voluminibus, ubi colliguntur

recen-

recentiorum SS. Pontificum Bullæ, Brevia, aliaque multa.

Bullæ ſunt conceſſiones aut ordinationes in rebus gravioribus, nec niſi in membranis deſcribuntur, ſigilla habent appenſa plumbea, & quæ præ ſe ferunt SS. Petri, & Pauli effigiem.

Breve Apoſtolicum eſt contracta, & brevis ſcriptura, quæ in negotiis minoris momenti conceditur, muniturque ſigillo in certa ſub annulo Piſcatoris, & Secretarii ſubſcriptione.

Signaturæ Apoſtolicæ ſunt diſpoſitiones, quæ ab Apoſtolica Sede proficiſcuntur, in papyro conſcribuntur, nec ſigillo muniuntur, & ut plurimum his exprimuntur verbis: *Fiat ut petitur*. Verſantur circa conceſſionem Beneficii per ſupplicationem petiti, circa abſolutionem, aut diſpenſationem, aut rehabilitatem *&c.*

DE JURE CIVILI.

JUs Civile Romanum continetur in collectione Legum Romanarum edita a Juſtiniano Imperatore, qui ſuas antiquis addidit, & quatuor in partes diſtribuit. Is floruit Sæc. VI. obiit 566.

In 1. parte ſunt Inſtitutiones Juſtiniani, quæ 4. libris editæ ſunt, quaſi

rudimenta, & elementa tyronibus Juris Civilis.

Citantur per paragraphum, hoc modo: §. 2. Instititut. de Jure naturali, Gentium, & Civili: id est, in Libris institutionum, titulo de jure naturali, &c. nam quando citatur §. non citata lege, materia de qua fit sermo, reperitur in Institutionibus.

In 2. parte sunt Digesta, seu Pandectæ, ubi immensa pene Legum volumina digesta sunt, & continentur 50. libris, qui in varios distribuuntur titulos, tituli in leges, & leges in paragraphos.

Quia vero una cum Glossis unico volumine comprehendi non possent, in tria volumina dividuntur, quorum primum *Digestum vetus* nuncupatur, utpote prius editum; secundum *Infortiatum*, quasi pleniorem, ac fortiorem legum notitiam suppeditans; tertium *Digestum novum*, seu postremo editum.

Designantur Pandectæ, seu Digesta per duplex ff. seu per D. & citantur sic: l. 1. §. 3. ff. de Pactis, vel D. de Pactis: id est, lege 1. Paragrapho 3. quæ lex in Digestis, titulo de Pactis reperitur...

In 3. parte est Codex, qui primum ex priscis codicibus, Hermogeniano, Gregoriano, & Theodosiano, sed contractis conflatus est. At cum multa in eo deef-

deessent, auctiorem, & correctiorem edidit Justinianus anno 529. Vocatur Codex Repetitæ Prælectionis, & distinguitur in 12. libros, quorum leges sic allegantur: L. *Si quis* 5. Cod. de Episcopis, & Clericis.

In 4. parte continentur Authenticæ, seu Novellæ Constitutiones a Justiniano latæ, & promulgatæ. Unicus est earum liber constans 9. Collationibus, quarum singulæ in varios titulos, & Novellas distribuuntur. Sunt autem Novellæ 168.

Novellæ seu authenticæ sic solent citari: Cap. *neque igitur*, In authentica de Testibus. Id est titulo de testibus ...

Brevius & facilius citantur: cap. *neque igitur*. Novella 90. .... addi etiam posset Collatio V. H. Collat. 7. quod est, ac si diceres, Libro 7.

Authenticæ, quæ inter Libros Codicis reperiuntur, sic allegantur: Authentica *Sicut hæreditas*, C. de legitimis Tutoribus.

Ad calcem quatuor Juris partium apponuntur aliquando varia Imperatorum Edicta, & Novellæ Constitutiones, item & Feudorum Consuetudines quinque libris comprehensæ, Leges 12. Tabularum, Fasti Consulares, &c.

APPENDIX

De Textibus, ac Verſionibus SS. Scripturarum, earumque diviſionibus. De Priſcis Decret. Compilationibus, De Pœnitentialium Canonum libris, De præcipuis S. Generalis Hiſtoriæ Scriptoribus; de Martyrum, aliorumque SS. Hiſtoria, de Liturgicis Antiquiorum Operibus, de Auctoribus Eccleſiaſticæ tum Geographiæ, tum Chronologiæ.

CAPUT I.

De Textibus, Verſionibus, Diviſionibus SS. Scrip.

EArum Linguarum, quibus edita eſt Sacra Scriptura, & maxime nobiles ſunt Hebraica, Græca, & Latina: In quibus Textus a Verſionibus, & Verſiones inter ſe diſtinguendæ ſunt.

§. I.

De Textu Hebraico, Syriaco, Samaritano Veteris Teſtamenti.

HEbraicum Vet. Teſtam. genuinum Textum omnino corruptum contendunt *Jacobus de Valentia Chriſtopolitanus Ep. Præf. in Pſal.* & *Canus L. 2. de Locis c. 13.* Non omnino corruptum, a Judæis tamen depravatum docent *Sal-*

meron in Evang. Hist. Prol. 3. Gordonus Controv. 1. cap. 10. Morinus Præf. in Ed. 70. Interpr. & passim in suis Exercitationibus, aliisque. Textum Hebraicum non data opera, sed temporum injuria, Rabbinorum, & Amanuensium oscitantia vitii aliquid contrexisse communior Recentiorum sententia est cum *Bellarmino Tom. 1. Controv. L. 2. c. 1. & seq.* cujus sen-tentiam illustrat *Ludovicus Capsellus* Heterodoxus integro Volumine, cui titulus *Critica Sacra*. Ex. gr. Psal. 21. cum hebraice legeretur *CAARU*, hoc est *FODERUNT manus meas, & pedes meos*, quæ est totius antiquitatis lectio, hodie legitur *CAARI*, hoc est *SICUT LEO manus meas, & pedes meos*, qui error tantilla variatione contingere potuit.

Chaldaica lingua scripti sunt libri Tobiæ ac Judith, & ex parte Libri Esdræ ac Danielis, ut docet *Hieronymus in Prologo Tobiæ &c.*

Syriaca lingua, quæ orta putatur ex Hebræorum Babylone in captivitate degentium permixtione cum Chaldæis, nullus extat liber Vet. Testamenti ab auctore suo conscriptus, nisi forte primus Machabæorum, & Ecclesiasticus, quorum utrumque se vidisse Syriaca lingua scriptum testatur *S. Hieronym. in Prologo Galeato, & Prologo Proverbiorum.*

Textûs Samaritanus duplex a *Joanne Morino* editus, & Magnorum Bibliorum Parisiensium editioni insertus. Primus est Hebræo-Samaritanus, hoc est Hebræo Sermone, & Samaritanis characteribus. Hunc purum Moysis Pentatheucon censet esse idem *Morinus* in Exercitationibus. Morinum refellunt *Muisius in suis Assertionibus, & Censuris, Valerianus Flavignius in Epist. & Exercitationibus*, quod passim is Textus interpolatus sit ex editione Hebraica, Vulgata latina, & LXX. Interp. multis etiam male additis, ut contendit *Ottingerus in Exercitationibus Anti-Morinianis.*

Hebræos initio, & ante Captivitatem usos fuisse characteribus Samaritanis docet *S. Hieronym. in Prologo Galeato*, Esdram vero novas literas Hebraicas Judæis tradidisse, & antiquas reliquisse Samaritanis. Secus censet D. Bianconi in Dissert. recenter edita Bononiæ.

§. II.

De Græcis Versionibus Vet. Testamenti, & de Vulgata SS. Scripturarum Editione.

Græcæ Bibliorum Vet. Testam. Editiones sunt. I. Translatio 70. Interpretum 300. fere annis ante Christum, II. Aquilæ Pontici ex Christiano

Ju-

Judæi an Ch. 124. ſub Hadriano Imper. III. Teodotionis ex Catholico, ac deinde Marcioniſta, Proſelyti Judæorum, ſub Commodo Imper. anno Ch. 180. IV. Symmachi ex Samaritano aut hæretico Ebionita in Judaiſmum regreſſi ſub Severo circa an. Ch. 208. V. Anonymi auctoris, quæque dicta eſt a nonnullis Vulgata inter Græcas, inventa eſt Hiericounte non procul Hieroſolymis in Doliis quibuſdam an. 7. Caracallæ, & Ch. an. 117. VI. Anonyma, & inventa in Dolio apud Nicopolim juxta Actium Promontorium in Epiro ſub Alexandro Mameæ circa an. Ch. 230. Ex iſtis prioribus ſex Editionibus Origenes compoſuit Tetrapla, Hexapla, & Octapla. Nam diviſit ſingules paginas in ſex columnas, ac in prima deſcripſit Hebraicum Textum literis Habraicis, in ſecunda eumdem Hebraicum Textum Græcis literis, in tertia interpretationem Aquilæ, in quarta interpretationem Symmachi, in quinta interpretationem LXX. Seniorum, in ſexta interpretationem Theodotionis. Atque hæc volumina propter quatuor interpretationes *Tetrapla*, propter ſex columnas Hexapla dicebantur. Addidit quintam, & ſextam Verſionem in duabus aliis columnis, & hoc volumen Octapla nominavit.

VII. Origenes fuit, qui anno fere 275. Scripturas LXX. Seniorum emendavit, multis ex Theodotione admixtis, & notatis signo stellæ radiantis, multis etiam obelo, ideſt veru *jugulatis*, quæ ſcilicet in Hebræo non habebantur. Hæc editio Brevi Bibliothecas replevit, teſte *Hieronym. in Ep. olim* 89. *ad Aug.* Eamdem *Communem* appellari ſolitam ſcribit *Hieronym. L.* 16. *in Iſaiam.* VIII. Editio S. Luciani Presbyteri Antiocheni, & Martyris, tempore Diocletiani circa an. 300. Eam ipſius Martyris manu deſcriptam, & Nicomediæ in pariete quodam aſſervatam teſtatur Athanaſius in Synopſis, & Euſeb. L. 9. c. 6. fuiſſe inventam ſub Conſtantino. IX. Heſichii, qui LXX. editionem emendatam Ægyptiis tradidit. Hinc Hieronym. Præf. in L. Paralipomenon: „ Alexan„dria, & Ægyptus in LXX. ſuis Heſy„chium laudat auctorem, Conſtantino„polis uſque ad Antiochiam Luciani „Martyris exemplaria probat. Mediæ „inter has provinciæ Palæſtinos Co„dices legunt, quos ab Origene elabora„tos Euſebius, & Pamphilus vulgaverunt.

Addi poteſt X. S. Hieronymi, qui vetus Teſtamentum Græcæ Fidei reddidit, ut ipſe auctor eſt L. 2. Apol. contra Ruffinum. Vide Bellarm. De Verbo Dei

L. 2.

L. 2. a cap. 5. & 6., ubi inquirit quo tempore facta sit Versio LXX. Interp. quorum librorum sit, quomodo facta, quantæ sit auctoritatis, num hoc tempore germanam habeamus Versionem LXX. Vide etiam Nat. Alexand. Dissertat. VIII. in VI. Mundi Ætatem, & Dissert. XI. in Hist. Eccles. Sæc. II. ubi etiam habes opiniones Morini, Vossii, Usserii, Waltoni *&c.*

Novi Testamenti Græce fere scripti innumeras olim latinas Versiones fuisse testantur S. Aug. L. 2. de Doctr. Christiana c. 11., & S. Hieronym. Præf. in Josue. *Vulgata* Vetus, quam *Italam* dixere, reliquis prælata fuit, utpote quæ ex Aug. verborum tenacior esset cum perspicuitate sententiæ. *Vulgata* hodierna, quam nunc habemus a Tridentino sessione IV. approbatam ex S. Heronymi interpretatione maxima ex parte est, cui tamen plura ex Vulgata veteri admixta sint. Vide *Bellar. L.* 2. *de Verbo Dei cap.* 8. *&* *seq.* *&* *Nat. Alex. Disser. XXXIX. Sæc. IV.*, ubi plura ex eruditis recentioribus collecta habes.

§. III.

De Versionibus Paraphrasticis.

JAM aliqua addenda de Versionibus Paraphrasticis. Hebræam Scriptu-

ram Vet. Testamenti in Chaldaicam paraphrastice versam docet *Lucas Brugensis de Chaldaicis Script. Paraph.* ubi in auctores inquirit. Hæ paraphrasticæ Translationes *Targumin*, ideſt *interpretationes* dictæ, & quamvis si Pentateuchum excipitur Judaicis fabulis conſperſæ ſint, tamen quia magnæ auctoritatis apud Hebræos, iis revincendis idoneæ ſunt. Plures ſunt Paraphraſes Pentateuchi, nempe *Jonatham* & *Hieroſolymitana*; ſed ea prævalet, quæ *Onchelos* dicitur. Hunc paulo poſt Chriſtum vixiſſe Judæi dicunt.

Chaldaicæ addendæ Verſiones Paraphraſticæ Syriaca, & Arabica. Syriaca totius fere Veteris Teſtamenti Verſio, ut & Arabica, cum Latina Gabrielis Sionitæ Translatione extat in magna Bibliarum editione Pariſienſi, quam Guido Michael Le Jay adornavit. Ejus Paraphraſis antiquitatem commendat idem Sionita in Epiſtola ad Lectorem præfixa Libro Pſalmorum.

§. IV.
De diviſionibus in SS. Codicibus antiquitus uſurpatis.

JAM nonnulla delibanda ſunt de diviſionibus librorum Canonicorum in

Capita, Versus, aliasque Sectiones; Tum prophanos, tum sacros Auctores sua scripta uno fere ductu, & sine capitum, versuumque, imo etiam sine Librorum distinctionibus exarasse pluribus confirmat *Morinus in Biblicis Exercitationibus*. Quare Cabalistæ apud *Eliam Levitam* docent Pentateuchum, seu totam legem fuisse tamquam vocem unam, præter nomina Dei, de distinctionibus ab antiquo tempore adductis in Libris utriusque Testamenti agunt *Joannes Crojus cap. 2. Sacr. in novum Fœdus Observat.*, & *Josephus de Voisin. Lib. de Lege Divina cap. 26. & seq.* post Buxtorfium: Sectionum, quas *Paraxias* Judæi vocant, alias majores, alias minores, minorum alias apertas, alias clausas: Ex gr. primum caput Geneseos sex complectitur sectiones apertas. Prior includit quinque priores versus, altera tres &c. Genesis habet sectiones apertas 43. clausas 48. De his legendus Moses Maimonides Tractatu de Philacteriis, & Libro legis c. 8. Hæ sectiones in periodos quoque dividuntur, quales a Masorethis numerantur in tota Lege 855. Masorethæ sunt Doctores Hebræi, qui seculo fere V. *Masoram* composuerunt, Opus ex variis Traditionibus conflatum.

Græcos Codices Prisci Ecclesiæ Pa-

 tres

tres jam olim divisos habebant in varias sectiones, quas vocabant *Peparico*. Meminerunt Clemens Alex. Stromatum L. 2. Athanasius Or. 3. c. Arrianos, aliique: Hieronymus L. 2. in Jovinianum Paralipomenon Libros a se in versuum Cola digestos, & Ezechielis translationem per Cola, & Commata scriptam testatur.

Sacrorum Librorum in Capita, & Versus distinctionem, quæ nunc apud Latinos ubique recepta est, instituit Hugo a S. Caro, primus Cardinalis ex Ord. S. Dominici Sæc. XIII. Numeri singulis Versiculi additi vix reperiuntur ante Sæculum XVII.

CAPUT II.

De Priscis Decretalium Compilationibus.

POST Gratiani Decretum I. fuit Compilatio *Bernardi Circa* Præpositi Papiensis, ac póstea Faventini Episcopi. In ea Decretales Epistolas Pontificum suæ præsertim ætatis, in V. Libros sub certis titulis digestos collegit in unum Volumen paulo ante an. 1190. Ex veterum Conciliorum Canonibus, ex Patrum aliquot sententiis, ex Decretis superiorum Pontificum post S. Gregorium non pauca inseruit, quæ Gratianus prætermiserat. Auctor inscri-

ſcripſit hoc Opus *Breviarium Extravagantium*, quod viſum eſt ſupplementum Gratiani. Hanc primam Compilationem vocant Hoſtienſis, Joannes Andreas, Ægidius de Bellamera. Qui Scholia in eam compilationem ſcripſere, appellant Librum primum. Ac pari ratione ſequentes collectiones ad compilationem 1.2.3.4. 5. alii Librum 1. 2. &c. memorant. Legendus doctiſſimus *Antonius Auguſtinus*, *qui* notas conſcripſit in hancCompilationem.

II. Compilationem poſt XII. annos a priore edidit *Joannes Galenſis*, *ſeu Vallenſis*, an. 1202. alia Pontificum reſcripta complexus compegit, præcipue ex ruinis, ut Tancredus antiquus Canoniſta loquitur, duarum Collectionum, quæ periiſſe cenſentur, quarum alteram fecerat Gilbertus Abbas, aliam Alanus Epiſcopus Antiſiodorenſis.

III. Compilatio fuit Innocentii III. quæ & Romana dicta eſt ex Bernardi Compoſtellani Collectione per Petrum Beneventanum reformata. Cum unius Innocentii III. Conſtitutiones vel æquarent, vel etiam ſuperarent numerum, ac molem reliquarum Decretalium conditarum per ea tempora a cæteris Pontificibus, facile fuit, ut ex Regeſtis priorum XIII. annorum Innocentii III. *Bernardus Major* Archidiaconus Compoſtel-

postellanus Romæ degens eas in ordinem redigeret. Verum cum ei volumini quædam inserta essent usui Judiciorum minus opportuna, facta est nova Collectio Pontificia auctoritate per Petrum Beneventanum Diaconum, & Notarium Innocentii III. Hæc est Compilatio III. quæ prima omnium auctoritate publica, ac Pontificis prodiit. Eam Præfatione addita confirmavit Innocentius III. Priores duæ a privatis hominibus collectæ fuerant: quare mirum non est, falsas quasdam Decretales, quæ in Regestis non extabant, in duas eas priores compilationes irrepsisse, ut Tancredus monuit. Earum Catalogum Antonius Augustinus subjecit ad calcem Notarum primæ Compilationis. Illarum aliquæ irrepserunt etiam in Gregorii IX. Collectionem, a quo saltem auctoritatem habuere.

IV. Compilatio post Concilium Generale Lateranense IV. composita fuit ex 72. ejus capitibus, & ex posterioribus Regestis Innocentii III. sive ex Constitutionibus post Concilium editis. Cujus opera usus sit Innocentius III. in hac compilatione, non constat.

Quatuor hæ Collectiones manuscriptæ erant apud *Contium*, editæque sunt una cum Scholiis ab *Antonio Augustino*

cum

cum Epistola nuncupatoria ad Gregor. XII. Eædem an. 1659. prodiere Parisiis emendatiores, & Notis Auctiores ex collatione cum Codicibus *Nicolai Fabri*: & *Jacobi Cujacii*.

V. Compilationem Honorius III. vulgavit. Eam ex Honorii tantum Decretalibus conflatam, eruit ex ruderibus Bibliothecæ Albiensis, Notisque illustratam Typis edidit an. 1645. *Innocentius Cironius* Academiæ Tolosanæ Cancellarius. Olim visa fuisse a Panormitano, Contio, Cujacio probavit ex eorum Scriptis *Franciscus Florens*.

De Historia harum Compilationum, quæ intra 70. annos ab edito Gratiani Decreto emanarunt, legantur Antonius Augustinus, Boetius Epo, & Franciscus Florens, qui ex Joanne Andrea, & S. Antonino hauserunt. De Collectione Gregorii IX. in *Apparatu* agitur, quare nihil necesse est hoc loco immorari.

CAPUT III.

De Pœnitentialibus, seu Libris Canonum Pœnitentialium.

IN his continentur Regulæ agendæ Pœnitentiæ juxta diversa crimina, & peccatorum genera, sive imponendi

pœnas

pœnas delinquentibus. De his late Joannes Morinus lib. 4. cap. 17., & lib. 6. cap. 5. de Adminiſtratione Sacramenti Pœnitentiæ, & Francolinus Lib. 1. & 2. de Diſciplina Pœnitentiæ, Romæ 1708.

His annumerari debent 1. Canones Ancyrani, & Eliberitani Concilii.

2. Tres Epiſtolæ Canonicæ S. Baſilii ad Amphilochium Iconienſem Epiſcopum: quibus addi poſſunt Reſponſa Canonica aliorum Epiſcoporum Dyoniſii, Petri, Athanaſii, Timothei, ac Cyrilli Patriarchæ Alexandrini: Reſponſa etiam Patriarcharum poſteriorum, quæ a Leunclavio referuntur lib. 5. & 6. Juris Græco-Romani; Item Libellus Pœnitentialis Joannis Jejunatoris ſub finem ſæc. IV. Non hic addimus Nomocanonem Anonymum conſtantem capitibus 547. quem latinitate, ac luce donavit Cotelerius, & Notis illuſtravit Tom. 1. Monumentorum Eccleſiæ Græcæ; in pleriſque enim nullam adducit Canonum receptorum auctoritatem; Juvare tamen poteſt ad cognoſcendam praxim Græcorum ævi inferioris in adminiſtrando Sacramento Pœnitentiæ.

3. Exemplo S. Baſilii Theodorus Cantuarienſis Archiepiſcopus, Græcæ & ipſe originis ſæculo VII. plura Concilia de Fide Catholica, & Eccleſiaſtica

Diſci-

Diſciplina celebravit. Imprimis autem *precantium Judicia* deſcripſit, quot ſcilicet annis pro unoquoque peccato quis pœnitere debeat. Vide *Reginonem* in Chronico, & fuſius agentem *Morinum l. 7. c. 1.*, & *Jacobum Petit*, cujus opera hoc Pœnitentiale omnibus, quæ reperiri potuerunt, Capitulis adauctum, per Canones ſelectos, ex antiquiſſima Canonum Collectione MS. deſcriptos, & per plura ex variis Pœnitentialibus hactenus ineditis excerpta *expoſitum*, & præclaris Eccleſiaſticæ diſciplinæ Monumentis, quæ ex optimis Codicibus MSS. ſelecta ſunt, *confirmatum* prodiit Pariſiis anno 1677. Omnia eruditis Notis, ac Diſſertationibus illuſtrata ſunt.

Titulos Capitulorum Pœnitentialis Theodori num. 78. *Henricus Spelmannus* Anglicorum Conciliorum Collector recitat excerptos ex Codice MS. Bibliothecæ S. Benedicti Cantabrigenſis: Hæc ipſa *Petitus* reddidit pag. 83. Libri memorati.

Ac quoniam hi Tituli diverſi ſunt, tum ab iis Pœnitentialis Theodori, opera ejuſdem Petiti editi, qui quatuordecim numerantur, tum ab aliis 60. capitulis apud eumdem *Petitum*, tum ab aliis enim Theodoro adſcriptis capitulis, quæ a Luca D. Acherj referuntur Spicilegii Tom. IX. & ſunt num 120.

hinc

hinc apparet, plures Pœnitentiales libellos a Theodoro fuiſſe conſcriptos, aut integrum ejus Pœnitentiale non haberi, ſed plura fragmenta, aut plures libellos Theodoro eſſe attributos.

4. In poſtremo Volumine Operum Bedæ, quem obiiſſe an. 733. ſcribit Trithemius, extat libellus *De remediis peccatorum*, quem plerique conjiciunt ſcriptum ab Egberto Archiepiſcopo Eboracenſi Bedæ coætaneo Ex hoc pœnitentiali plura deſumpſere Cannonum Collectores Burchardus, Ivo, Anſelmus, & Gratianus, itemque Gregorius IX. in Libris Decretalium.

5. Liber Pœnitentiæ, ſive Pœnitentium ad Otgarium Archiepiſcopum ſcriptum a *Rabano Mauro* extat Tom. VI. Operum edit. Colonienſis an. 1627. Extat ejuſdem *Rabani* Epiſtola miſſa ad Heribaldum Epiſ. Antiſſiodorenſem anno 853. ſive decennio poſt Librum Pœnitentialem miſſum ad *Otgarium*, ut probat *Stephanus Baluzius* in Præfatione præmiſſa huic Epiſtolæ, cui aliqui titulum fecere *Pœnitentialis*; quo titulo edita eſt a *Petro Stevartio*.

Quæſtiones Canonum Pœnitentialium ad Heribaldum editæ ab Henrico Caniſio Tom. 5. Lectionum Antiquarum non ſunt Rabani, ſed Halitgarii, ut probat *Baluzius*

loc.

loc. cit. quemadmodum & tres *Libri de Vitiis,& Virtutibus*,aut certe duo priores.

6. Pœnitentiale Romanum ab Antonio Augustino exscriptum est ad CalcemEpitomes Juris Pontificii. Hoc opus, quale nunc habemus non esse antiquius Rabani Mauri temporibus, suadent Capita ex Moguntino ipsius Rabani Concilio, ex Triburiensi Synodo, ex Pontificum Epistolis, quæ per Isidorum Mercatorem sub ea tempora prodiere.

Plures ejusmodi Pœnitentiales libros undecumque conquisitos edidit *Joannes Marinus* sub finem Voluminis de Pœnitentia. Post Gratiani Decretum solent in plerisque Editionibus adjici *Canones Pœnitentiales* desumpti ex summa Astensi l. 5. tit. 32. Novissime, diligentissimeque collegit S. Carolus in Istructione Confessariorum, ex qua eos Canones exscripsit Francolinus l. 1. de Disciplina Pœn. cap. 10. Quo libro, & sequenti plura scitu dignissima invenies contra malos Rigoristas damnatos sæpius a S. Sede sacrisque Congregationibus.

CAPUT IV.

De Præcipuis Ecclesiasticæ Historiæ Scriptoribus.

SAcram Hebræorum Historiam Veteris Testamenti Codices continent.

nent. Eam Illuſtrarunt Flavii Joſephi Libri XX. Antiquitatum, & de Bello Judaico Libri VII., & Petrus Comeſtor Libri XVI. Hiſtoriæ Scholaſticæ circa an. 1160.; Deinde vero Annalibus Sacris Vet. Teſtamenti conficiendis inſudarunt ſimul, quin alter de altero quidquam ſciret, Auguſtinus Torniellus, & Jacobus Salianus, ut hic in Præfatione ſcribit. Ille quidem ſuos vulgavit duobus Tomis in Folio, an. 1613. hic an. 1619. edidit ſuos ſex Tomis in Folio cum pluribus Diſputationibus, ac Diſſertationibus: Adde Henricum Spondanum, P. Mezger Ord. S. Benedicti anno 1700. P. Cæſarem Calini Soc. Jeſu &c.

Eccleſiaſtica poſt Chr. Hiſtoria, vel ea deſcribit, quæ ad Generalem Eccleſiæ ſtatum pertinent, aut ſpeciatim, vel Romanorum PP. vel Epiſcoporum aliorum, ſive Nationis, ſive Provinciæ, ſive etiam Civitatis alicujus Seriem ac Geſta perſequitur, aut Ordinum Monaſticorum, aliorumque Regularium originem, & progreſſum, reſque alias hujuſmodi tractat. Sunt denique, qui de Conciliis, ſunt qui de Hæreſibus ſcripſerint, quæ tamen fere ad univerſalem Hiſtoriam referuntur.

Generalem Hiſtoriam Eccleſiæ ex Græcis tractarunt I, Euſebius, Pamphili di-

li dictus, Ep. Cæſareæ in Palæſtina: Extant Libri X. Hiſt. ab initio naſcentis Eccleſiæ ad relatas de Maxentio, ac Licinio Victorias, & Libri IV. de Vita Conſtantini. II. Socrates, dictus Scholaſticus, qui ſcripſit Libros VII. a Conſtantino Magno ad Theodoſii Jun. Conſulatum XVII., ſive anno Ch. 439. III. Hermias Sozomenus, & ipſe dictus Scholaſticus, quod in Actionibus forenſibus Conſtantinopoli diu verſatus fuerit. Scripſit Libris IX. Hiſtoriam ejuſdem fere temporis, ac Socrates ab an. 324. ad 439. fere tamen agit de poſtremis XX. annis. Ex his tribus, Euſebius fautor Arrianorum fuit, reliqui duo ex Novatianis. IV. Theodoretus Epiſc. Cyri decem libros Hiſt. Eccl. ſcripſit complexus tempus 105. annorum, a fine librorum Euſebii ad ſua tempora, ſeu a Vicennalibus Conſtantini ad tempora Theodoſii Junioris, ſive a Nicæno fero ad Epheſinum: Supplevit plura a prioribus prætermiſſa. V. Evagrius Scholaſticus Hiſtoriam annorum 166. ſex libris ſcripſit, ab anno circiter 431., ſeu Concilio Epheſino ad 595. ſeu XII. Imperat. Mauritii. VI. Philoſtorgius Hiſtoriam Græce ſcripſit ab Arrii diſſenſione adverſus Patriarcham Alexandrinum ad Valentiniani III. tempora, & Joannis Tyran-

Tyranni cædem. Ejus Hiſtoria Hæreticorum encomium & Orthodoxorum criminatio dicitur a Photio, qui XII. ejus libros in Epitomen redegit. VII. Theodorus Lector Byzantinus duo ſcripſit Opera. Primum erat Hiſtoria Tripartita, duobus libris comprehendens Hiſtoriam Socratis, Sozomeni, & Theodoreti a XX. anno Conſtantini ad Principatum Juliani. Alterum duobus libris conſtans complectebatur res in Eccleſia geſtas per annos fere 20. a temporibus, in quibus Socrates deſierat ad Principatum Juſtini Senioris, ſive ab an. 449. ad an. 519. Ex his autem duobus poſterioribus Libris deſumpta ſunt *Nicephori Collectanea*; quæ ex Theodori Lectoris Operibus ſuperſunt. VIII. Nicephorus Callixtus, ſive Callixti Xantopuli Filius vivebat ſub initia Sæc. XIV. Scripſit Lib. XVIII. Hiſt. Eccleſiæ a Chriſto Nato ad Mortem Phocæ Imperatoris, & anno 610. cum argumentis quinque aliorum librorum ab Heraclii exordio uſque ad mortem Leonis Sapientis Imper. an. 911. Extant hæc Græce, & Latine ed. Pariſ. 1630. ex recognitione P. Frontonis Ducæi Soc. Jeſu. De his Scriptoribus vide plura apud P. Labbe in Diſſ. de Script. Eccl.

Generalem Hiſtoriam ex latinis tradidere I. Hegeſippus Romæ ſub Eleu-

therio Pontifice, imperante Marco Antonino Philosopho: Historiam Actuum Ecclesiasticorum Libris quinque distinctam stylo simplici contexuit a Christi Passione ad suam ætatem, annum nimirum Ch. 180. fere. II. Severus Sulpitius Genere, ac Literis clarus sub IV. Seculi finem Beatis Martino, Augustino, Paulino, aliisque SS. Præsulibus notus. A Pelagianis in senectute deceptus, errore agnito, se usque ad mortem silentio damnavit. Extant Historiæ Sacræ Libri duo a Mundi Exordio ad suam memoriam, hoc est ad an. Ch. 400. III. Marcus Aurelius Cassiodorus Senator V. Seculo floruit: inter cætera Opera scripsit Chronicon ad Theodoricum Regem, quod definit in annum 519., & Tripartitam Historiam ex Socrate, Sozomeno, Theodoreto concinnatam, & latine redditam per Epiphanium Scholasticum amicum suum. IV. Haymo Halberstatensis in Germania Episcopus ex Monacho Fuldensi, & Abbate Hirsfeldensi, exemplo Severi Libros decem scripsit de *Christianarum rerum Memoria*, sive Epitomen Historiæ Sacræ circa an. 850. Ex Baronio obiit an. 853. Alii aliter scribunt, inquit *Bellarminus* de *Scriptoribus* in *Haymone* V. Paulus Orosius Presbyter Hispanus sub

ſub initium Seculi V. hortante S. Auguſtino confecit Libros VII. *Hiſtoriarum ab exordio Mundi* ad an. 416. His adde Ordericum Vitalem Benedictinum Auctorem Hiſt. Eccleſ. quam confecit 1141.; Vincentium Bellovacenſem, qui præter Speculum Doctrinale, ac Naturale ſcripſit Speculum Hiſtoriale ad anno 1254. continuatum ad 1494., S. Antoninum Florentinum Archiep. auctorem *Summæ Hiſtorialis* ad annum 1458.

Alii fuere, qui data opera rerum Eccleſiaſticarum ſeriem ex prioribus colligentes, iis certius explicandis geſta Imperantium attexuere. Hoc incœptum occuparunt Sæculo XVI. ex Lutheranis Matthias Flaccus Illyricus, Joannes Wigandus, Matthæus Judex, Baſilius Faber, qui ſub titulo Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ promiſere ſe tradituros integram Ideam Eccleſiæ Chriſti, quantum ad Locum, Propagationem, Perſecutionem, Tranquillitatem, Doctrinam, Hæreſes, Cæremonias, Gubernationem, Schiſmata, Synodos, Perſonas, Miracula, Martyria, Religiones extra Eccleſiam, & Statum Politicum ſecundum ſingulas annorum Centurias. Hi vulgo dicuntur Centuriatores Magdeburgenſes, cum Magdeburgi in Saxonia agentes per annorum Centurias opus di-

distinxerint. Prodiit Opus anno 1560., & seqq. Continet Centurias XIII., quæ singulæ XVI. fere capitibus constant.

Adversus novam hanc Historiam Guillielmus Eysengreinius Spirensis Centenarios sexdecim scribendos susceperat, continentes descriptionem rerum memorabilium in Orthodoxa Christi Ecclesia gestarum, cum diligenti annotatione eorum, quæ scripta sunt contra veram Catholicam Doctrinam. Extare dicuntur duo ejus Centenarii; Primus editus fuit Ingolstadii anno 1566.

Contra eosdem Centuriatores opposuit Annales suos Cæsar Card. Baronius a Christo Nato ad Innocentii III. tempora, sive an. 1198. Epitomen concinnavit Henricus Spondanus Ep. Apamiarum: Notas Criticas IV. Tomis in Folio conscripsit P. Pagi Senior ex Min. Conventualibus, quæ deinde novis Editionibus Baronii insertæ sunt: Baronium continuarunt, tum Abrahamus Bzovius, tum Henricus idem Spondanus. Imprimis autem habentur in pretio VIII. volumina Odorici Raynaldi ex eadem Congregatione S. Philippi Nerii, ex qua Card. Baronius. Raynaldum nova Editione post Baronium Cl. P. Mansi illustravit. Alios prope innumeros recentiores prætermitto. De Vitis Rom.

Pontificum, qui pars magna sunt Ecclesiasticæ Historiæ, satis sit indicare novam Romanam Editionem Anastasii Bibliothecarii a Clar. Præsule Blanchino inchoatam, deinde vero ad quartum usque Tomum continuatam per P. Blanchinum Magnæ Eruditionis Virum, & prioris ex Fratre Nepotem ex inclyta Congr. S. Philippi Nerii. Eodem Auctore prodit hoc anno *Demonstratio Historiæ Ecclesiasticæ Quadripartitæ, comprobatæ Monumentis pertinentibus ad Fidem Temporum, & Gestorum Sæc. I. & II. Romæ ex Calcographia Barbatiana.*

Occurrent aliquando Historiam Ecclesiasticam perlegenti Auctores Anonymi. Ex. gr. Alexandrini Chronici auctor desinens an. 628., Annalista Bertinianus desinens anno 882., Annalista Fuldensis desinens an. 882., Annalista Loiselianus desinens in Roberto Rege Hugonis Capeti Filio, Annalista Mailrosensis desinens an. 1170., Annalista Metensis desinens an. 904., Annalista Moissiacensis desinens an. 819., Annalista Nazarianus desinens an. 1138., Annalista Petavianus desinens an. 1015. Chronicum S. Vincentii de Witurno desinens an. 1071. *&c.*

CA-

CAPUT V.

De Martyrum, aliorumque SS. Historia.

REfert Anaſtaſius in Vita S. Clementis inſtitutos ab eo Notarios ſeptem Regionarios dictos, Martyrum Paſſionibus deſcribendis, unicuique Notariorum duabus Regionibus attributis, in quibus Acta Martyrum perquirebant, & literis conſignabant. Alia in hunc finem a ſucceſſoribus ſtatuta. Inde apud Latinos Martyrologia, quibus aliorum quoque Sanctorum Geſta, aut nomina inſerta. Hinc Græcorum Menologia, quaſi Menſium rationes, cum ibi per Menſes omnia digerantur. In his tamen Menologiis, poſt Schiſma Græcorum, inſerta nonnulla nomina damnatorum ab Eccleſia Catholica. Vide Calendarium utriuſque Eccleſiæ Latinæ, & Græcæ, quæ invicem collata dedit Antonius Contius in fronte Chronographiæ Nicephorianæ.

Poſt Hieroymum, Bedam, & Florum Uſuardus Monachus circa an. 800. juſſu Caroli Magni Martyrologium conſcripſit, quod cum adnotationibus ex Martyrologiis Romanæ, aliorumque Eccleſiarum, & adnotatione Auctorum, qui de Sanctorum Vita ſcripſere Joannes Molanus Lovanienſis Theologus cum Tractatu ſuo de Martyrologiis, & in-

diculo Sanctorum Belgii edidit Antuerpiæ 1583. circa an. 870. Ado Viennensis Archiepiscopus Martyrologium Sanctorum edidit cum prolixis Martyrum Elogiis; Heribertus Rosvveidus Societatis Jesu emendavit, ac Notis illustravit. Novam eruditissimam Editionem adornavit Romæ nuper Cl. D. Dominicus Georgi. Martyrologium Romanum cum notis edidit Baronius Cardinalis. Novissimam Editionem reliquis correctiorem imperavit, ac perfecit, eruditissima Epistola præfixa, BENEDICTUS XIV.

Gregorius Turonensis VI. seculi Scriptor Historiam SS. attigit in Libro de Gloria Martyrum, & Confessorum. Medio ævo celebratur Simeon Metaphrastes Græcus scriptor IX. seculi juxta Bellarminum, X. juxta Bollandum. Leo Allatius in Commentario de Simeonibus rejicit ad annum 1014. Ab eo scriptas fuisse historias de Vitis Sanctorum multis additis ex proprio ingenio, non ut res gestæ fuerunt, sed ut geri potuerunt; multis aliis præterea incredibilibus, & quæ non inveniuntur apud veteres Historicos, censet Bellarminus De Scriptoribus Eccl. Pro Metaphraste stat Bollandus in Præfatione ad Vitas SS. Notat Baronius ad annos 859., & Bellarminus l. c. multas Vitas additas

a poste-

a posterioribus post Metaphrastis obitum. Jacobus de Voragine Archiepisc. Genuensis, qui primus ex Natali Alex. sæc. XIII. Cap. 4. art. 5. Biblia Sacra in Italicam linguam summa fide, ac diligentia transtulit, in Vitis Sanctorum scribendis haud satis accuratus fuit. Vid. S. Anton. 3.p. Chr. tit. 32. c. 11. p. 2. Et Bollandum in Præfat. ad Vit. SS.

Seculo XVI. Laurentius Surius Carthusianus de Vitis SS. sex Volumina exaravit. Septem vero Aloysius Lippomanus Episc. Veronensis, apud quem extant Vitæ Sanctorum in XII. anni menses dispositæ, quæ Simeoni Metaphrasti adscribuntur, in latinam linguam a Guillielmo Sirleto, postea Cardinali, Petro Francisco Zino Veronensi, & Gentiano Herveto Aurelianensi, eruditis Interpretibus conversæ. Accuratius autem hæc tractata sunt sæculo XVII. ab Heriberto Rosvveido, a Bollando, Papebrochio, Henschenio, aliisque continuatoribus magniOperis,cui titulus Acta SS.

His adde Religiosorum Ordinum Annales, Menologia, Chronica, Origines, Elogia, Bibliothecas, aliaque Historica ejus generis,ac præcipue Acta Sanctorum Ordinis S. Bened. per Joannem Mabillonium,& Lucam D Acheri,in quibus multa ad Ecclesiasticam Hist. illustrandam.

CAPUT VI.

De Liturgicis Antiquiorum Operibus.

DE Ritibus Ecclesiæ præter Liturgias SS. Petri, Jacobi, Matthæi, & Marci, de quibus legendus Natal. Alex. sæc. I. c. 12. ar. 3. & Liturgias Sanctorum Patrum per Fr. Claudium de Sainctes Theologum Parisiensem Antuerpiæ 1560., ubi Liturgia Basilii M. & Joan. Chrysostomi, & plura de Ritu Missæ ex PP. S. Greg. Nysseno, Joanne Damasceno, Nicolao Methonensi, Simone Gaza Archiepiscopo, Germano Archiep. Constantinopolitano, Nicolao Cabasila, Maximo Monacho, Bessarione Cardinali, Proclo Archiepiscopo Cp.

S. Gregorius Papa *Antiphonarium*, & Sacramentarium reliquit, quem librum ediderunt Pamelius Tom. 2. Liturgicon, Angelus Rocca ex MSS. Vaticanis, & adjectis eruditis Commentariis in lucem emisit Hugo Menardus Ord. S. Benedicti ex Codice antiquo MSS. nomine S. Eligii insignito. Cum hæ editiones conformes non sint, apparet successu temporis auctum Gregorii M. Sacramentarium. Id testatus est Valafridus Strabo l. 2. de rebus Ecclesiasticis c. 22. S. Isidorus Hispalensis VII. seculo in Libros quæstionum, Alcuinus VII. sec. de eodem Argumento scripsere, licet liber

de

de Divinis Officiis Alcuino suppositus sit. Revera farrago quædam dicendus est ex diversis ipsius Alcuini & posteriorum Scriptorum Operibus collectus: præterea ineptias continet Alcuino indignas, quod Pascha nomen Græcum sit, cum verus Alcuinus l. 6. in Joan. c. 32. Pascha, *inquit*, fratres, non sicut quidam existimant Græcum nomen est, sed Hebræum. Caput autem XL. est Tractatus Remigii Antissiodorensis Monachi de Expositione Missæ.

Sequuntur Amalarius Diaconus primum, & Abbas Metensis, deinde Presbyter, tum Episcopus, cujus tamen Sedis non constat. Scripsit lib. IV. de Ecclesiasticis Officiis an. 827. Jussu Ludovici Pii Imper. deinde librum de Ordine Antiphonarii. Rituales illos libros Amalario Trevirensi falso tributos a Trithemio, Bellarmino, Possevino, & Constantino Cajetano comprobatur ex Ademaro in Chronico: Ad Abbatem Constantinum, ut eum a veteri opinione dimoveret, elegantem Epistolam scripsit P. Sirmondus, quam P. Labbeus refert inter addenda ad Tom. 1 Dissert. de Script. Eccl.

Walafridus Strabo florebat circa 855. Præter alia librum edidit de Exordiis, & Incrementis rerum Eccl. ad Regimbertum,

Sæculo XIII. floruit *Durandus Speculator*, ſeu *Durantes*, qui præter alia Rationale Divinorum Officiorum in Libros octo diviſit, & an. 1286. abſolvit. Sæculo XVI. floruit Joannes Stephanus Durantius Toloſas Advocatus Regius, deinde Senatus Præſes: edidit tres Libros *De Ritibus Eccleſiæ Catholicæ*, quos Sixtus V. Romæ excudi juſſit. Cardinalis Bonæ, qui ſcripſit Opus inſigne Rerum Liturgicarum; Cardinalis Thomaſii, & aliorum Recentiorum nomina compertiſſima ſunt; quibus accenſendus Cl. Muratorius in eruditiſſima Diſſertatione, quam præmiſit duobus Tomis editis anno 1748. Venetiis *Liturgia Romana Vetus &c.*

CAPUT VII.

De Auctoribus Eccleſiaſticæ tum Geographiæ, tum Chronologiæ.

CUM cæca ſit Hiſtoria omnis tum Sacra, tum prophana ſine ope Chronologiæ, & Geographiæ, utriuſque Auctores cognitos eſſe oportet ſtudioſis, ad intelligendos Sacros Veteris, & Novi Teſtamenti Codices, & Canonum loca, & tempora diſtinguenda.

Palæſtinæ, & vicinarum Regionum loca in S. Literis memorata illuſtravit initio ſeculi XVII. Adrianus Adricomius Belga in Theatro Terræ Sanctæ.

Dili-

Diligentius id præſtitit Nicolaus Sanſo Geographus Regis Galliarum, accuratiſſimis tribus Tabulis Geographiæ Sacræ, Pariſienſis Bibliorum editioni additis, adjuncto Alphabetico Indice, quo ſingula Regionum, & Locorum nomina explicantur. Obiit is Auctor 1669., relicto Filio Guillielmo Sanſone, Geographo item inſigni. De eadem Geographia Terræ Sanctæ duo edidit Volumina Samuel Bochardus, quorum unum appellavit *Phaleg*, alterum *Chanaan*.

Ad Eccleſiæ primitivæ Hiſtoriam cognoſcendam proderit Geographica notitia Imperii Romani ſub primis Cæſaribus diſcenda ex Geographia Strabonis Cappadocis ex Urbe Amaſia, qui ſcribere deſiit Tiberio Imperatore, & ante ejus ann. XII. Ex Plinio ſecundo totis libris III. IV. V. VI. Hiſtoriæ ſuæ Naturalis, quibus Geopraphiam univerſam complexus eſt: Opus ſuum dicavit Veſpaſiano: Utilis erit Geographia Claudii Ptolomæi Alexandrini, qui præcipuus fuit ævi ſui Geographus, floruitque ſub Adriano, & Antonino Pio Imperatoribus. Ex Recentioribus legenda Philippi Ferrarii Topographia in Martyrologium Romanum, & Theatrum Converſionis Gentium totius Orbis, Auctore Arnaldo Mermanno.

Ad

Ad cognoſcenda loca, in quibus res Eccleſiaſticæ ſub Conſtantino, & ejus ſucceſſoribus uſque ad Honorium geſtæ ſunt, juverit ea, quæ Antonomaſtice dicitur Notitia utriuſque Imperii, & cenſetur edita inter annos Chriſti 400. & 433., ut oſtendit Guido Pancirolus, qui Notas adjecit. Ejus notitiæ Auctor creditur a quibuſdam Ethicus Iſter, qui contexuit duplicem Orbis Deſcriptionem, quarum altera tota legitur apud Oroſium. Tum ex ſubſcriptionibus Epiſcoporum Nycenæ, aliiſque Synodis, tum ex aliis monumentis Indicem GeographicumEpiſcopatuum habes confectum ab Harduino Tom. XI. ſuæ Edit. Conciliorum poſt Labbeum. Idem Index correctior exhibetur in nova Editione Labbeana Veneta.

Legenda tamen præcipue Geographia Sacra Caroli Vialar, dicti a S. Paulo, Congreg. Fulienſis Superioris Generalis, deinde Epiſcopi Abrincenſis (Auranches in Normandia) an. 1641. Pariſiis edita. Subjectæ illi ſunt Notitiæ aliquot Græcæ, partim Eccleſiaſticæ, partim Civiles, ſequentibus temporibus ſcriptæ, ſive ab Hierocle, ſive ab aliis, & ex MSS. Codicibus Bibliothecæ Vaticanæ, & Regiæ deſcriptæ.

Ab Imperatoribus Orientis, ac præſer-

ſertim a Leone VI. cognomento Sapiente circa an. 900., & ab Andronico Palæologo Seniore circa an. 1300. immutata fuit apud Græcos diſpoſitio Metropoleon, quæ Patriarchatui Conſtantinopolitano ſubjiciuntur. Utramque diſtributionem vulgavit Leunclavius in ſuo *Jure Græco Romano*; poſteriorem dilucidavit *Georgius Codinus*, vulgo Curopalates dictus, in Libro de *Officiis Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ*.

Laudatus Carolus a S. Paulo Epiſcopus Abrincenſis ex Bibliothecis Regia, & Thuana eruit notitiam quinque Patriarchatuum, & Sedium unicuique ſubjectarum, atque ad calcem ſui Operis appoſuit: quarum prior ante annos ferme ſexcentos deſcripta, poſterior uno, aut altero Seculo recentior videtur. Notitiam Epiſcopatuum Orbis Chriſtiani, uti erant fere XII. ſeculo in lucem emiſit Aubertus Miræus ex quatuor Antiquis Codicibus *Provincialis Romani*. Eam notitiam valde mendoſam Petrus Rebuffus ediderat ad Calcem *Praxis* ſuæ *Beneficialis*. De Hodierno ſtatu Epiſcopatuum per Orbem, vulgari appellatione ſubjecta latinis vocibus, ſuppeditant Aubertus Miræus in *Politia*, *&* *Geographia Eccleſiaſtica*, tum in *Notitia Epiſcopatuum*:

tuum : Tum Philippus Labbeus in ſua Notitia Epiſcopatuum, quam habet in Apparatu ad novam Conciliorum Editionem, aucta per Harduinum, & recenter per D. Coleti in Ed. Ven. Concil. de qua jam dictum.

Cum Chronologia ſit facultas, qua docemur res Hiſtoricas ſuis quaſque temporibus apte ordinare, duabus præcipue partibus conſtat; Altera quidem res Hiſtoricas juxta temporum ordinem collocat, ut præſtant Brietii Annales ab Orbe condito, aliique quamplures: altera quæ revera ſcientifica eſt, idipſum probat argumentis, ſive ex Hiſtoria, ſive etiam ex Aſtronomia petitis.

Ad Chronologiam ſcientificam addiſcendam ad manum ſunt Inſtitutiones Chronologicæ Guillielmi Beveregii Londini an. 1659., & recenter Venetiis, vel etiam Chronologia D. Manfredi Italice conſcripta: Ante hos ſcripſerant Scaliger Libros tres de Emendatione temporum, cujus Principiis inhæret Sethus Calviſius in ſua Chronologia an. 1670. Dionyſius Petavius, ſive in Rationario Temporum Par. 2. ſive in Libris de Doctrina Temporum, in quibus multus eſt in caſtigando Scaligero. Joannes Baptiſta Ricciolus in Chronologia Reformata, (quam magni facit

Chri-

Christianus Wolfius Tom. ultimo Elem. ubi de Chronologis) plura in Petavio se deprehendisse censet , quæ identidem in Operis decursu notat , & emendatione digna arbitratur . Sub eadem tempora Annales Usserii Chronologica eruditione insignes prodiere an. 1650. parem & ipsi censuram experturi a posteris Chronologis, qui centum ab hinc annis scripsere , quod ex Pezron , Fourmont , Cumberland , Nevvton , Souciet, aliisque passim compertum est . Plura enim sunt in Prophana Chronologia implexa , atque obscura , ex serie incerta IV. Monarchiarum, & Olympiadibus, ex Æra Nabonassaris, ex inconstanti Auctorum ab Urbe Condita supputatione , ex aliter apud alios ordinatis Romanis Magistratibus , ex cæteris Populorum Epochis, & Æris non satis certo, & constanter fixis. Non caret suis nodis , iisdemque difficillimis Chronologia Sacra. Quare frustra se torquent, & aliis imponunt, qui exactam omnium rationum subductionem , conciliationem, comparationem perperam pollicentur . In his enim *satis est , si probabilissimus , veroque proximus Calculus teneatur*, inquit Genebrardus L. 2. Chronographiæ , ubi *de Scrupulis Chronologorum ;* satis est si certum quoddam annorum

norum spatium scias, intra cujus confinia res gestæ contigerint, neque extra eos limites excurrant.

Utramque Chronologiam Historicam, & Technicam, aut scientificam comprehensam V. Tomis in 4. Typis Parisiensibus edidere ab an. 1670. Philippus Labbeus, & Brietius post vulgatum jampridem *Petavii Rationarium*, *& Usserii Annales*. Tomo I. præfiguntur *Lectoribus Chronologiæ Tuto, Clare, ac Breviter ediscendæ studiosis Prænotanda*: Num. 6. hæc habet non prætermittenda.

„ Quod si qui præterea adscripta in „ singulis annorum periochis Auctorum, ex quibus ista deprompsimus, „ nomina exigunt, næ illi parum intelligunt, quid compendii Chronologici titulus præseferat, nec navatæ a nobis in libello isto operæ rationem callent. Hoc certe unum studuimus, ut in Epitomen expeditam, facilem, & Tyronibus omnibus, ipsis etiam pueris, ac prope infantibus perviam conjiceremus præcipua quæque rerum a Principibus Viris hactenus gestarum capita, ut iis primum informati, atque imbuti Lectores ad Tornielli, Saliani, Baronii, Spondani, Petavii, Calvisii, Gordoni, Simsonii, Usserii, aliorumque ingen-

„ gentia volumina promptiores, paratioresque accedant; aut, quod paucis datum est, primævos ipsosmet fontes, unde rivi illi promanarunt, adeant, & ex Græcis Scriptoribus, Herodotum, Thucydidem, Xenophontem, Diodorum Siculum, Polybium, Dionysium Halicarnasseum, Plutarchum, Arrianum, Dionem Cassium, Josephum, Eusebium, Socratem, Sozomenum, Theodoretum, Evagrium, Zonaram, cæterosque: Ex Latinis vero Livium, Salustium, Vellejum, Tacitum, Svetonium, Eutropium, Victorem, aliosque iis ætate suppares, recentioresque, (ne in iis omnibus recensendis diutius immorer), accurate perlegant, pervestigentque. Illud (ut scilicet adscripta in singulis dentur Auctorum nomina, ex quibus deprompta sunt) Deo dante præstabimus abunde, cum Concordiam Sacræ, ProfanæqueChronologiæ infinitis propemodum accessionibus locupletatam iterum prælo subjiciemus. „ Hæc Labbeus, quod postremum tamen morte præventus præstare non potuit.

Ac quoniam PP. Labbei, ac Brietii Opus cæteroquin insigne, tantisque viris dignissimum ipsa mole quinque


Volu-

Voluminum in 4. plerosque terruit, eamdem Labbei, & Brietii Chronologiam ab Orbe condito, iisdemque innixam fundamentis, P. Musantius e Soc. Jesu (post Petavium, & Usserium) brevi libello conclusit an. 1692., novaque ratione excogitata in suas Classes digessit plurima, varia, ac dissimillima: quæ quidem ipsæ Chronologicæ emendatiores, & in formam multo commodiorem redactæ prodiere iterum Typis Romanis 1750. in 4. ac denuo 1751. in 12. De quibus Musantii Tabulis dicas, quod Labbeus loc. cit. n. VII. pronunciavit: *Vix plura paucioribus verbis, majorique rerum delectu, & ordine, commodiorique ad dicendum methodo, (ut modo exactos summa diligentia ad Chronologiam amussim calculos taceam) in tam angustis libelli unius spatiis potuisse comprehendi, huicque Opellæ, si uspiam alias, adscribendum. MULTA, PAUCIS, CLARE:*

Qua ratione non levis fructus studioso cuique sperari potest; scite enim Clemens Alexandrinus l. 1. Stromatum. „ Tempore, ac labore exculta veritas elucescit, præsertim si *COMMODUS ALIQUIS ADJUTOR* accedat.

FINIS.


Biblioteka Jagiellońska
stdr0022041



INDEX
HISTOR
CHRONO
LOG: &c